3

SACRA RITVVM

CONGREGATIONE

Emo, & Rmo D. Card.

DE ABDVA

Sacrorum Rituum Congregationis

PRÆFECTO

Viterbien.

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVÆ DEI SORORIS

HIACYNTHÆ DE MARESCOTTIS

Monialis Professæ in Monasterio Sancti Bernardini Viterbij Ordinis Sanctæ Claræ.

RESPONSIO

Ad nouas Animaduersiones

Promotoris Fidei.

SVPER DVBIO

An constet de sex Miraculis post obitum in casu, & ad effectum, de quo agitur.



ROMÆ, MDCCXVII.

Typis Reuerendæ Cameræ Apostolicæ,

Superiorum permissu.

SACRA RITVVM

CONGREGATIONE

Viterbien.

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVÆ DEI SORORIS

HIACYNTHÆ DE MARESCOTTIS

Monialis Professæ in Monasterio Sancti Bernardini Viterbij Ordinis Sanctæ Claræ.

ANIMADVERSIONES

R. P. D. Fidei Promotoris

SVPER DVBIO

An, & de quibus Miraculis constet in casu, & ad effectum &c.

Beatissime Pater.

1. ABITA fuit, vt moris est, in Ædibus Reuerendissimi Domini Cardinalis de Abdua huius Sacræ Congregationis Præfecti, & huius Causæ Relatoris, Congregatio Antepræpararatoria super hoc eodem Dubio Miraculorum die 25. Augusti 1716., & cum in ea fuerint excitatæ nonnullæ difficultates quoad secundum, quintum, & sextum afferta Miracula, quæ sola fuerunt approbata à Domino Ioanne Maria Lancisio Sanctitatis Vestræ à secretiori Cubiculo, & Archiatro, operę pretium esse censui, nouas hasce Animaduersiones superaddere, & quoad reliqua remissiuè me habere ad alias meas Animaduersiones, in magna huius Causæ positione, iam impressas.

2. Du-

2. Ducto ergo initio à secundo asserto Miraculo, difficultates vrgent, tùm quoad probationem, tùm quoad releuantiam.

3. Quoad probationem quidèm, quia illa innititur depositioni duarum Mulierum, quæ sunt inter se Sorores, & vnius Puellæ, quæ est Filia, & respectiuè Neptis earumdem, & quamuis adsit vnius hominis Testimonium, hæc tamen omnia simul iuncta non videntur constituere probationem sufficientem in casu, & ad effectum de quo agitur; Hæc siquidem probatio non sufficeret in Tribunali Sanctissimæ Inquisitionis pro verificatione delicti, si non ratione numeri Testium, saltem ratione qualitatis eorumdem, & ratione necessitudinis inter ipsos intercedentis; ergò multò minus poterit reputari sufficiens pro Miraculo adstruendo in casu, & ad effectum de quo agitur, cùm maiores probationes requirantur in hac Sacra Congregatione pro comprobando Miraculo, quàm requirantur in Tribunali Sanctissimæ Inquisitionis pro comprobando delicto, vt in puncto docet Grauina *tom. 4. Catholicarum Præscriptionum pag. mihi* 345.; *Examinandi ergò sunt Testes non vnus, vel alter, sed plures, & plures, & sint contestes, & exactissimè, pari passu, immò, & magis, & maiori numero, quàm examinentur testes in Sancto Officio, vt omnis aditus præcludatur Hæreticis irridendi Sacras Apotheoses Sanctorum, & omnis ambitus auaritia, subornatio, falsa pietas, & huiusmodi ablegetur*.

4. Duabus potissimùm concurrentibus circumstantijs. Altera est, quod assertum Miraculum contigit anno 1687., & Processus compilatus fuit anno 1692., hæc autem modica temporis intercapedo vberiorem probationis copiam suppeditasset, si sanatio habita fuisset pro Miraculosa. Altera consistit in hoc, quod sanatio, de qua nunc agitur secuta fuit in Ciuitate Viterbiensi, quæ non est nec de melioribus, nec de peioribus Ciuitatibus Ditionis Pontificiæ; Portò res hæc operatur, vt alij plures Testes præter tres Feminas inter se arcto necessitudinis vinculo coniunctas, & vnum hominem, reperti fuissent, qui de Miraculo deposuissent, si sanationem, de qua nunc agitur, tanquam supernaturalem existimassent, cum in Vrbibus non exiguis passim homines de Miraculosis euentibus sermonem habeant, & de illius qualitatibus cupiant instrui, & edoceri, vt illas opportuno tempore, & extraiudicialiter, & iudicialiter referre possint.

5. Probationi succedit releuantia, & prætermisso quidem quod amissio visus in Oculo sinistro causam habuit à quadam fluxione, *& per quella percossa mi cadde nel medesimo occhio vna flussione grande con dolore insopportabile*, itaùt subsequens recuperatio Visus non videatur in hoc rerum statu esse supernaturalis, vis stat in hoc, quòd potentia visiua in oculo sinistro non fuit totaliter deperdita, vt inquit Soror sanatæ in sua depositione, de qua in meis præcedentibus Animaduersionibus §.4. *Non ci vedeua quasi niente*; Et quando non fuit in oculo sinistro Potentia visiua totaliter deperdita, recuperatio visus in illo non est inter Miracula recensenda.

6. Haud vrgente Postulatorum responsione, quòd visus amissio in oculo sinistro, saltèm dici potest verificata tempore illo immediato, quod præcessit inuocationem Seruæ Dei, quando videlicèt iuxtà ea, quæ habentur in Summario, Cæcitas etiam inuasit oculum dexterum; Quidquid enìm sit, an hoc verificetur in facto, certum tamen est, quod nihil prodesse valet in puncto releuantiæ; Posito quippè, quod recuperatio visus quoad oculum dexterum non sit Miraculo adscribenda, ex quo cæcitas in illo durauit paruo tempore, idem iudicium ferendum

erit,

erit, quoad recuperationem visus in oculo sinistro, si cæcitas etiam in illo paruo tempore durauit.

7. Multoque magis cum hoc assumptum comprobetur verbis Domini Lancisij, quæ in eius suffragio, super hoc asserto Miraculo extrato legentur: *Omnia autem hæc signa sunt vera, & legitima Ophtalmiæ, quàm certè non magni facerem, neque si sola esset, nunc ad superstruendum miraculum adducerem, sed quoniam agitur de morbo recens nato, qui superuenit antiquo &c.*, *firmum sit iudicanda firmamentum gratiæ supernaturalis*.

8. Iuxtà methodum insinuatam, transeo ad examen Quinti asserti Miraculi. Porrò quoad hoc quid quid sit de probatione, maior stat difficultas in releuantia. Primò quia ante inuocationem Seruæ Dei, sanata expuit ab ore materias fætidas spatio quadraginta dierum, *E doppo li venti giorni cominciò ad escreare materie concotte, mà di cattiua qualità, cioè fetenti, cinericcie, e verdi &c., e durò l'escreazione di queste materie marciose &c. durò dico più di quaranta giorni*, vt in Summatio *pag.* 38., *& seqq.* idque facit, vt sanatio non sit adscribenda miraculo, iuxtà Doctrinam Gasparis Reies *quæst.* 24. vbi enumerando requisita necessaria, vt sanatio sit Miraculo adscribenda inquit, *Septimo requiritur, vt nulla notatu digna euacuatio præcedat, quia si accidat, tunc merè miraculosa sanatio dicenda non erit, sed vel ex toto, vel ex parte naturalis*; & specialiùs cum in casu præsenti medicamenta proportionata fuerint adhibita vsque ad sextam diem præcedentem assertæ Sanationi, iuxtà latè deducta in meis præcedentibus Animaduersionibus super hoc asserto quinto Miraculo §. 7.

9. Secundò quia deficit instantaneitas, quod adeò verùm est, vt Postulatores conuicti à facti euidentia, de qua in citatis meis Animaduersionibus §. 3. *& seqq.* ingenuè in suis præcedentibus responsionibus dixerint illam non esse probatam, vti legitur §. 7., *super instantaneitate Sanationis, & integra Virium recuperatione fatendum est Nos versari in ambiguo*: Deficiente autem probatione instantaneitatis, exclusa dici debet ratio Miraculi, vti præter notissimas auctoritates sæpè à Me in hac Sacra Congregatione allegatas docet clar. mem. Cardinalis de Laurea in tertium Librum *sentent. Tom.* 4. *disp.* 20. *art.* 20. *Miracula tertij generis exigunt, vt accidant statim, seù in instanti, post inuocationem Sancti, alioquin etiamsi essent Miracula secundùm se, tamen quoad Nos talia non forent censenda, præsertìm si afferantur ab aliquo Seruo Dei non Canonizato patrata*.

10. Absque eo quod quidquam referat ingeniosa nonnullorum responsio, quòd instantaneitas est in nostro rerum Themate verificata, ex quo verificatum est cessasse lateris dolorem statim ac egrę applicata fuit Imago nostræ Seruæ Dei, quandoquidem omissâ indaginè Facti, semper subsistit Sanationem, non obstante prædicta Circumstantiâ, non debet esse Miraculo adscribendam, quia vt Sanatio sit miraculosa, non debet esse partialis, sed totalis, vti prosequitur Gaspar Reies *loc. cit.*, *Sexto requiritur, vt sanatio sit perfecta, non manca, aut concisa, miraculum enim, vt opus à perfectissimâ, & supernaturali Causâ dimanans perfectum, & absolutum esse debet*.

11. Ad sextum deueniendo assertum Miraculum, & ad partes posita Apparitione Seruæ Dei, iuxtà deducta in meis præcedentibus Animaduersionibus §. 1. & 2. Tres vrgent difficultates aduersus liberationem Sororis Virginiæ ab Epilepsia; Prima est quod morbus Epilepticus sæpiùs eam vexauerat ante assertam sanationem miraculosam, itaùt veri-

simi-

simile sit, quod vltimus terminus morbi steterit in magno illo paroxismo, in quo dicitur sanitatem miraculosè recuperasse, & si res ità se habet, cessat ratio miraculi cum miraculum nullum excogitari valeat in sanatione à morbo, ad illum statum perducto, qui est vltimus, & quem sanitas naturaliter sequitur, vti benè docet Gaspar à Reies *citata quæst. 24. Quarto requiritur vt talis morbus non sit in vltima parte status, itaut non multò post naturaliter declinare deberet*. Secunda est, quòd ab hoc præscindendo, si vis miraculi reponitur in sanatione ab illo magno, & vltimo paroxismo, non solùm vrgent ponderationes propositæ in meis præcedentibus Animaduersionibus §. 5., sed etiam experientia ipsa Miraculum excludit, cum passim videamus Epilepticos deambulantes per vicos, & plateas, & paroxismo oppressos in humum prosterni, & in hoc statu per aliquod tempus permanere, nulloque adhibito medicamento, surgere, & ad suas regredi domos; Tertia tandem est, quod si vis Miraculi constituitur in liberatione totali à morbo Epileptico, itaùt intantum sanatio miraculosa sit, in quantum Ægra non fuit in posterum à dicto morbo vexata, necessariæ ad minus essent probationes continuatæ sanitatis, cumque hæ deficiant, quisque facili negotio colligere poterit sanationem hanc non esse miraculo adscribendam.

12. Nec est dicendum, quod adest probatio huius continuatæ sanitatis, ex quo liberatio secuta est anno 1709., & Processus, per quem continuata sanitas probatur, confectus est post decem., & octo menses, & ex quo ipsa sanata vnà cum Abbatissa, & Vicariâ Monasterij restata est se anno 1714. in sanitate recuperata optimè continuare, iuxtà ea, quæ habentur in Summario additionali Postulatorum *Num Primo*. Vnicum siquidem responsionis momentum consistere potest in hisce attestationibus exaratis anno 1714., at cùm illæ sint ad perpetuam, vti dicitur, memoriam exaratæ, & consequenter sint extraiudiciales, quocunque carent robore, & efficacia, iuxtà Decret. Summi Pontificis Vrbani VIII. inter Decreta generalia *pag.* 57. & iuxtà Decretum san. mem. Innocentij XI. §. 9., in quo sic legitur: *Iussit quod huiusmodi extraiudiciales attestationes non solùm exquiri, aut obtinerei non valeant, sed rursùs quod hactenùs obtentæ, siuè infuturum obtinenda non faciant aliquem gradum probationis, nec inferi possint in Processibus tàm ordinaria, quam Apostolica auctoritate fabricandis*.

Atque hæc dicta sint sub Censura &c. saluo semper &c.

Prosper de Lambertinis
Fidei Promotor.

SACRA RITVVM

CONGREGATIONE

Viterbien.

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVÆ DEI SORORIS

HIACYNTHÆ

DE MARESCOTTIS

Monialis Professæ in Monasterio Sancti Bernardini Viterbij Ordinis Sanctæ Claræ.

RESPONSIO

Ad nouas Animaduersiones.

SVPER DVBIO

An, & de quibus Miraculis constet in casu, & ad effectum &c.

Beatissime Pater.



X sex Miraculis deductis in Causa Ven.Hiacynthæ de Marescottis Tria approbata à Domino Lancisio Medico à secretis Sanctitatis Vestræ pro veritate scribente iterùm reuocantur ad trutinam; alia tria ab eodem reiecta silentio prætermittuntur. Sic auctoritas doctissimi in Arte Medica Viri in his, in quibus aduersatus est Causæ Ven. Hiacynthæ, absque vllo examine plenis vlnis suscipitur; in alijs verò, in quibus patrocinatus est eiusdem Seruæ Dei gloriæ;tanquam incertæ fidei, subtiliori cribro subijcitur. Hæc inæqualitas; an sit admittenda, erit Sanctitatis Vestræ decernere. Nos nouis hisce Animaduersionibus circa tria jam approbata Miracula vt faciamus satis, ordinem in ijsdem seruatum adamussim tenebimus; deindè ne videamur manus victas dare in alijs tribus Miraculis ferè contemptis à R.P.D. Promotore, nonnulla afferemus ad eorum realitatem vindicandam.

Secundum Miraculum

INAPPROBATVM

AB ILLVSTRISSIMO LANCISIO

Instantaneæ Restitutionis

VISVS

HIERONYMÆ DE RATTIS.

ANIMADVERSIO I.

De legalitate Probationum.

1. INnititur probatio depositionibus duarum Mulierum, quæ sunt inter se Sorores, & vnius Puellæ, quæ est filia, & respectiuè neptis earundem, & vnius Viri; hæc tamen iuncta non constituunt probationem sufficientem in casu, & ad effectum, de quo agitur. Siquidem hæc probatio non sufficeret in Tribunali Sanctissimæ Inquisitionis pro verificatione delicti, ergo neque pro approbatione Miraculi, cum ad hunc effectum pleniores probationes requirantur.

2. Nec numerus Testium, nec eorum qualiras iure vellicatur; non enim negatur consensus quatuor Testium de visu pro vtroque extremo Miraculi, cum in Deuteronomio *cap.*17., *&* 18. præscriptum fuerit, *quod in ore duorum, vel trium stat omne verbum*, & Apostolus *in epist. ad Hebr.* 10. *dixerit* = *Irritam quis faciens legem Moysi sine vlla miseratione duobus, vel tribus Testibus moritur* = Et licèt in dictis iuribus dicatur duorum, vel trium Testium, attamen tertius superadditur ex abundanti, cum duo Testes sufficiant, vt ad locum Apostoli docet S.Thomas *lect.*3. & pleniùs Cardinalis Caietanus *in commentar. ad Deuteron. cap.*17., *&* 18. subsistente autem in duobus Testibus perfecta probatione cuiuscunque negotij, cessat ratio dubitandi etiam super qualitate, cum Miraculum remaneat probatum per Hieronymam Rattam Sanatam, ac Georgium Bentiuolum, quæ probatio iuxtà sanctionem Paschalis II. *in cap.*4 *de Test.* perfecta declaratur, ibi = *In omni negotio principalis persona dicens veritatem rei sibi nota, rectissimè habenda est pro Teste, cui quidem adhibito vno, efficiuntur duo Testes* = Itaque si etiam ponerentur ad partes testimonia Bernardinæ Sororis, & Olympiæ Lauiniæ filiæ eiusdem Sanaræ ratione consanguinitatis, adhuc omnis quæstio cessaret super sufficientia probationum.

3. Verùm qualitas consanguinitatis nullam parere apta est exceptionem in Causis Beatificationis, & Canonizationis, vt firmant Matta *de Canonizat. Sanctor. part.*4. *cap.*17. *num.*4., *&* 5. Contilorus *eod. tract. cap.* 18. *num.*3., *&* 4. Bordonus *de Mirac. meditat.*32. *num.*25., *&* 26. Pignattellus *tom.*6. *consultat.* 26. *num.*3., *&* *tom.*10. *consultat.* 179. *pag.* 313. Nihil releuante exemplo desumpto ex Congregatione Sancti Officij, quia Testes adducuntur ad reorum, vel defensam, vel offensam: si ad offensam, iniquum esser, quod Testes de domo accusatoris producerentur, prout aduertitur in *cap. consanguinei* 3. *quæst.*5., & notat Farinaccius *de hær. quæst.*54. *num.*2. 4., *&* 5. si ad defensam, speciale est in Sancto Officio, vt domestici, ac familiares non admittantur ad

pro-

probandam innocentiam rei, & ratio est, quia eorum intereſt, reos abſolui; cum eorum infamia ad eos quoque porrigatur, prout ratiocinatus eſt idem Farinaccius de *hæreſ. quæſt.*188. §.8. *n.*146.

4. Præter caſum tamen hæreſis certi iuris eſt, Teſtes conſanguineos, & affines ad reorum defenſam admitti *cap. literas de Præſumption.* A caſu igitur excepto deſumi non debet argumentum contra regulam; Præterea rationes vtriuſque Iudicij ſunt diuerſiſſimæ. Certè in Miraculis Seruorum Dei non tractatur de reorum defenſione, vel accuſatione, ſed de maiori Dei gloria, quæ reſultat ex Sanctorum Canonizatione. Quod ſi exceptio aliqua naſci poſſet ex conſanguinitate, tunc forſan habere poſſet locum, quando Teſtes eſſent de familia, & ſanguine Canonizandi (in quo caſu non ſumus) vel aliquo modo participes fierent de honore eiuſdem Canonizati, prout contingit in his, qui ſunt de eadem Religione. Attamen ſine vlla difficultate Teſtes de eadem Religione, & familia non ſolùm admittuntur, ſed admitti debent ad probationem, tum Miraculorum, tum Virtutum, ſicuti expreſsè monent vno ore ſuperiùs citati Autores, & pleniùs reſultat ex Animaduerſionibus R.P.D. mei Promotoris in Cauſa Beati Franciſci Regis, vbi acriter oppoſuit defectum examinis Ieſuitarum, neque alia reſponſione ſublatum eſt obiectum, quàm Epiſtolis Archiepiſcopi Viennenſis vnius ex Iudicibus Delegatis ad conſtructionem Apoſtolici Proceſſus, in quibus declarauit, Patres Societatis ab examine reieciſſe, propter affectionis ſuſpicionem.

5. Ceterùm ex praxi inconcuſſa Sacræ Congregationis ſemper indiſtinctè admiſſos fuiſſe Teſtes conſanguineos in probatione Miraculorum reſultat ex diuerſis Relationibus Rotæ, vt in illa S. Andreæ Corſini apud Lezanam *tom.*4. *pag.*32. *ſub num.*268., vbi ſanatio Miraculoſa cuiuſdam Infantis probata fuit tribus Teſtibus conſanguineis, nempè Caſſandra Matre Pueri, Catharina Matre Caſſandræ, & Ginevra Sorore eiuſdem Caſſandræ. In Relat. S. Thomæ de Villanoua penes Contilorum duo referuntur reſurrectiones Infantium; de prima *pag.*674. deponunt Mater, Matertera, Auia Materna, & Religioſus; de ſecunda *pag.*175. Mater, Amita, Pater, Auia paterna atque altera Teſtis. In Relat. S. Caietani *tit. de Mirac.* Miraculo VI. adducuntur in Teſtes Sanatæ Mater, Soror, & altera Teſtis: Miraculo VII. eadem Sanata, ipſius Sanatæ Mater, Priuignus, alterque Teſtis: Miraculo VIII. ipſamet Sanata, eiuſdemque Sanatæ filius, ac filia, & alter Teſtis Religioſus. Nunquam eſſet finis, ſi ſingula exempla ex Relationibus Rotæ congererentur; ſat eſt in poſtrema Canonizatione facta per Sanctitatem Veſtram S. Felicis à Cantalicio ſuper Quarto Miraculo Sanationis Leopoldi Pueri à variolis admiſſos fuiſſe in Teſtes Leopoldum Sanatum, Annam Mariam Matrem, Ioannem Patrem, & Medicum, & quamdam Mulierem vices famulæ gerentem.

6. Vrget quoque validiſſima ratio, quod ſi excluderentur à ferendo teſtimonio in Miraculis Conſanguinei, ac domeſtici, maior pars Miraculorum ob defectum probationum periret, cum vt plurimum Miracula conſiſtant in Sanationibus Ægrorum, quæ ſuccedunt intra domeſticos parietes, vbi non intersunt niſi conſanguinei, familiares, & domeſtici, prout aduertunt ſuperiùs citati Autores. Quamobrem etiam Iudæi inſpicientes Cæcum à natiuitate viſione à Domino donatum non crediderunt, donec Parentes eius interrogarunt *Ioan.*9. ibi = *Non crediderunt ergo Iudæi, quia cæcus fuiſſet, & vidiſſet, donec vocauerunt Parentes eius, qui viderat, & interrogauerunt eos dicentes, hic eſt filius veſter*,

quem vos dicitis, quia cæcus natus est, quomodò ergo nunc videt?

7. Neque exemplum ex praxi Sancti Officij coadiuuatur autoritate Grauinæ *tom.4. Catholicar. Præscription. pag.345.* ibi =*Examinandi ergo sunt Testes non vnus, vel alter, sed plures, & plures, & sint contestes, & exactissimè pari passu, imò & magis, & in maiori numero, quàm examinentur Testes in Sancto Officio, vt omnis aditus præcludatur hæreticis irridendi sacras apotheoses Sanctorum, & omnis ambitus, auaritia, subornatio, & falsa pietas ablegetur.*

8. Rectè hæc omnia fieri præscribitur, ac de facto non aliter construuntur Processus super Virtutibus, & Miraculis; nulla enim ferè est Causa Beatificationis, & Canonizationis, in qua testes etiam vltrà centenarium numerum non afferantur. Processus non conficiuntur nisi magnis solemnitatibus adhibitis coram tribus Episcopis Delegatis; ipsi Episcopi, Notarij, Subpromotores Fidei, & Testes iurant de secreto seruando, dantur Interrogatoria, eademque custodiuntur diligenter, ne præsciri possint à Testibus, & Postulatoribus; in qualibet sessione Iudices, & Testes se subscribunt, ac mille alia præscribuntur, quæ fieri non solent in Tribunali Sancti Officij; vndè cum hæ diligentiæ perfectissimè conficiantur, obstrui deberet os Hæreticorum, qui Miracula quoque Christi Domini, quibus euidentiora nequeunt excogitari, tribuerunt teste Gaspare Reyes in *Elys. Iucundar. quæst. camp. quæst.24. pag.155. sub num.4.*, ad eius temperiem, inter quos Pomponatius, Agrippa Magus, & Paracelsus Hæreticus. Quamobrem nulla eos ad veram fidem reducendi spes potest constitui in quibuscunque diligentijs, cum eis conueniat comminatio facta per Spiritum Sanctum *Isa.6. Vades, & dices Populo huic, audite audientes, & nolite intelligere, videte visionem, & nolite cognoscere.* Nolunt enim cognoscere, & audire ea, quæ proprijs oculis, & auribus vident, & audiunt, quia cor obcæcatum habent, & deest in eis pietas, sine qua, vt docent Patres Concilij Tridentini *Sess.25. de Inuocat., & Venerat. Reliq. Sanctor.* ea, quæ veritati, & pietati consentanea sunt, discernere non valent.

9. Aduerti tamen supplicamus, quod si adducta per Grauinam super tota Causa Canonizationis, obseruari deberent præsertim circa numerum Testium in quorumcunque Miraculorum probatione, actum esset de Miraculis, cum rarissima sint ea, quæ coram populo efficiuntur, vt illud S.Petri de Claudo Sanato ante Portam speciosam. Namque, vt diximus, sanationes ægrorum ferè semper succedunt in priuatis ædibus, vbi tantùm domestica familia residet. Præterquamquod effrænata multitudo Testium, vbi agitur de factis particularibus, est potius cohibenda, quàm procuranda *per Text. in cap. significauerunt de Test., & cap. cum causam eod. tit. vbi Gonzalez num.3. Pax Iordanus tom.3. lib.14. tit.18. pag.294. num.796., & alij passim.* Numerus autem effrænatus Testium dicitur, quando vltrà tres extenditur, Menochius *de Arbitr. cent.3. cas.249. num.4.*

10. Addit R.P.D. Promotor *sub num.4.* duas circumstantias, ex quibus dubitari posse credit de realitate Miraculi. Prima, quod cum assertum Miraculum contigisset anno 1687., & Processus compilatus fuerit anno 1692., vberior copia Testium haberi potuisset, si sanatio fuisset miraculosa. Altera circumstantia deducitur ex qualitate Ciuitatis Viterbiensis, quæ cum non sit nec de peioribus, nec de melioribus Ditionis Pontificiæ, plures alios Testes dedisset, si factum fuisset verum, præter tres fœminas inter se arcto necessitudinis vinculo coniunctas, & vnum Virum, cum in Vrbibus non exiguis passim homines de miracu-

losis

losis euentibus sermonem habeant, & de illorum qualitatibus cupiant instrui, & edoceri.

11. Respondetur, totum hunc discursum corruere ex facti realitate per quatuor Testes, vt fatetur R.P.D. Promotor, comprobata. Nam si maiorem numerum exquirit ad probationem Miraculi, cum regula sit ad eam non admitti, nisi qui de propria scientia deponunt super vtroque Extremo, difficillimum erat haberi alios Testes præter tres consanguineas, ac Georgium Benriuolum vicinitatis causa. Et ratio est, quia quando nostra Hieronyma cæca remansit in vno oculo, non se retraxit ab occupationibus necessarijs, & domesticis, sed de domo egrediebatur, & ad eam regrediebatur, prout resultat ex accessu ad Vineam post sex menses contractæ cæcitatis in oculo, vt eandem à brucis purgaret. Quam obrem talis cæcitas non erat notatu digna nisi à familiaribus, & vicinis, præsertim in paupercula fœmina, quæ non trahit ad se oculos gentium, prout faceret aliqua fœmina diues, ac nobilis. Quo posito, de primo Extremo morbi vanum fuisset ab alijs inquirere, minùsque de secundo Extremo scientia immediata haberi poterat, cum infortunium totalis cæcitatis ad breue tempus durauerit, & dicto tempore in propria æde, ac lecto permanserit. In quibus terminis Testes etiam minùs idoneos recipiendos esse, admittunt Farinaccius *quæst.54. num.76.* Gabriel *conclus.13. num.14.,& 27.* Cæsarde Grassis *dec.10. num.11.* Matta *de Canonizat. part.4. cap.17. num.4.*

12. Si autem numerum Testium vberiorem desiderat de simplici auditu, ac publica fama, dantur modò *in Addit. num. 1.* septem, pluresque indubitantèr cumulari potuissent, nisi Causæ Postulator optimè callens, quod de Testibus de auditu nulla ferè soleat haberi ratio in discussione Miraculorum, prout plenè probat De Lauræa *disp. 20. de Mirac. art. 25. §. 2. à num. 1077. vsque in fin.*, omisisset dictos Testes congerere; in quo tamen elucet eius prudentia, cum huiusmodi Testium coacernatio fieri non possit sine notabili æris, ac temporis dispendio, quæ duo præcipuè resecanda sunt à discreto Postulatore, quando censentur inutilia. Addi quoque potest, clamorosam diuulgationem valdè esse suspectam, præsertim in Mulierculis pauperibus, quæ non rarò Miracula conclamant ad simplicium deceptionem, vt suæ paupertati sub specie obtenti Miraculi consulant, prout non semel in hac Vrbe contigit, videntibus, ac ridentibus prudentioribus turbas fieri ad earum domunculas. Nostra autem Sanata ab hoc numero certè segreganda est, quia & si diues non esset, attamen fundo Vineæ sustentabatur, ideòque ab artificio falsæ diuulgationis longè aberat.

ANIMADVERSIO II.

De Releuantia.

1. VT releuantia miraculosæ restitutionis visus minuatur, antiqua restauratur obiectio, nempè quod potentia visiua in oculo sinistro non fuerit totalitèr deperdita, ex quo Bernardina Soror sanatæ in Processu Informatiuo dixerit = *Non ci vedea quasi niente* = Itaque cùm non agatur de potentia visiua totalitèr abolita, concluditur, visus recuperationem inter Miracula non esse accensendam.

2. Respondetur, quod quandò dictum Bernardinæ in Processu Informatiuo = *Che non ci vedea quasi niente* = non admitteret interpretatio-

nem, aut explicationem, neque posset concordari cum alijs Testibus, ponendum esset ad partes vti varium, & inconstans, quandoque in Processu Apostolico deponit de cæcitate perfecta *pag. 10. §. 39. Li ei venne gran dolore, di maniera che per quanto essa mi dicea, rimase priua da quell'occhio della vista; dopo essendo tornata alla medesima Vigna insieme con vna sua figliuola chiamata Olimpia, li venne per quanto Essa mi disse dall'altr'occhio destro vn gran dolore, di maniera che rimase priua della vista anche da questo, e fu necessitata in quel giorno di farsi condurre à casa dalla detta sua figliuola, perchè non ci vedeua niente. La sera mi fece chiamare, e andata à Casa sua la trouai, che piangeua per auer persa così del tutto la vista. Ci tornai poi la mattina seguente di buonora, e la trouai; che staua anche à letto nel medesimo stato senza vederci da alcun'occhio* = Si itaque huiusmodi secunda depositio non admitteret interpetrationem, vt diximus, nec posset concordari cum alijs Testibus, seu explicari, nusquam in ea reponi deberet substantia morbi, ex quo prò totali abolitione visus in dicto oculo sinistro concorditèr deponant tres Testes, & in primis Hieronyma sanata, Georgius Bentiuolus, & Olympia Lauinia eiusdem Sanatæ filia. Ex tutis enim regulis habetur, primò quod Testis varius varietate substantiali nullam probationem facit *cap. licet causam circà med. de probat. l. 2. de Test.*, Burattus *decis. 367. num. 8.*, Farinaccius *de Test. quæst. 66. num. 153.*, Rota *coram Emerix decis. 132. num. 6., & 12.*; secundò quod Testis vnicus non probat *cap. licet cap. veniens cap. in omni negotio de Test.*, & tertiò demum quod plures Testes vincunt *glos. in cap. in nostra vers. sed aduersa, & vers. si vnus de Test. l. Testium Cod. de Test.*, Castrensis *consil. 142. num. 2.*, Farinaccius *de Test. quæst. 65. nu. 84., & seqq.*

3. Verùm cum iuridicum principium sit à nemine controuersum, quod omnis interpetratio sumenda est, vt Testis inconstans, & varius ad concordiam reduci debeat *per Text. in cap. Cum tu 16. de Test.*, Rota *coram Gregor. decis. 558. num. 6. & 7.*, *& coram Emerix decis. 200. nu. 1.*, & vnius defectus ex aliorum numero, & qualitate suppleatur *ad l. vulgatam vbi numerus ff. de Test.*, Bich. *decis. 10. num. 12.*, Buratt. *decis. 143. num. 12.*, Emarix *decis. 456. num. 5.* Hinc est, quod in nostris Responsionibus *pag. 21. num. 7. 8. 9. & 10.* plures interpetrationes datæ in dicta verba = *Non ci vedea quasi niente* = non possint dissimulari, tum quia sunt iuridicæ, tum quia bene compatiuntur cum dictis in secunda depositione. Nunquam enim negabitur, verba illa = *Non ci vedea quasi niente* = explicari posse de totali visione, quia abolita visione in vno oculo, quæ remanebat in altero, non erat nisi debilis, & exigua, & in totum laborabat. Prætereà cum ex pluribus autoritatibus textualibus cumulatis in dictis Responsionibus *num. 8.* habeatur, quod dictio Quasi aliquandò etiam recipitur ad significandum totum, semper sequitur, nos versari in casu dubio admittente declarationem, atque interpetrationem. Vrget enim argumentum, quod quælibet declaratio etiam extorta admitti debet, quotiès de directo contraria non est primo eius dicto, Innocentius *in cap. Præterea de Test. cogend. num. 3.*, ibidem Butrius *num. 3.*, Abbas *num. 12.*, Baldus *in Authent. At qui semel num. 8.*, Spada *consil. 9. num. 2. lib. 1.*, Farinaccius *de Test. quæst. 66. num. 251.*, Rubeus *de Testament. cap. 42. num. 359.*, Rota *coram Peuting. decis. 179. num. 9., & decis. 8. num. 8., & seqq. parte 13., & decis. 538. num. 26. par. 18. Recent. & cor. Emerix decis. 524. num. 17.*

4. Sublato de medio fundamento, visionem non fuisse totalitèr abolitam

in

in oculo finistro, corruit conclusio, recuperationem eiusdem visus posterius factam non esse Miraculo adscribendam, quia totalis abolitio visus resultat ex concordia trium Testium; Vndè dictum Bernardinæ Sororis, quando censeretur contrarium, vel poni deberet ad partes vti vatium, & vnicum, vel interpetrari, & declarari, prout faciendum esse probauimus; & sic relenantia Miraculi redditur incontrouertibilis. Addimus nihilominus, quod quando etiam per malam hypothesim standum esset dicto vnius, & varij in concursu plurium, & inter se concordantium, adhuc Miraculi releuantia subsisteret, quia etsi Hieronyma non fuisset totalitèr, sed quasi cæca, negari non potest, malum illud fuisse vel albuginem, vel cataractam. In quo casu contingit, vt Ægri, sicuti benè aduertit Dominus Lancisius in sua doctissima Consultatione *pag. 9. §. Consonant*, aliquid sibi videre videantur, & tamen reuerà in oculo, qui eo morbo vexatur, visum amisisse dicuntur.

5. Neque prætermittendum est, quod persistendo in hypothesi erronea non totalis abolitionis visus Miraculi releuantia non solum non minueretur, sed cresceret, quia in tali hypothesi morbus à cataracta genitus esset omninò insanabilis etiam arte medica, & ratio est, quia cum ad cataractam remouendam, prout prosequitur idem Dominus Lancisius *in cit. §.* adhiberi debeat scalpellum, huiusmodi remedio non est locus, nisi quando cataracta est perfecta, & consummata, quæ talis non est, nisi cum visum affecti oculi pœnitùs intercipit, ac plenam cæcitatem inducit. Quamobrem quomodocunque res accipiatur, semper in hac instantanea visus restitutione lux diuinæ potentiæ euidenter elucet.

6. Prosequitur nihilominus R. P. D. Promotor insistendo in eodem erroneo supposito non totalis abolitionis visus in oculo sinistro, nisi prò tempore, quo opthalmia dexterum etiam oculum inuasit, & arguit, quod si recuperatio visus in oculo dextero non est adscribenda Miraculo, quia paruo tempore durauit, idem iudicium ferendum est de oculo sinistro, quia cæcitas in illo eadem breuitate temporis finita est.

7. Huiusmodi discursus cessat ex suprà deductis, nempè quod visio erat penitùs abolita in dicto oculo sinistro, sicuti patet ex tribus Testibus concordibus, quotiès per falsam hypothesim ponendus esset ad partes Quartus, qui tantum de diminutione visus locutus est in Processu Informatiuo. Vlteriùs æquiparatio morbi inter oculum dexterum, & sinistrum non rectè procedit; Differentiæ enim palmares inter morbum vtriusque oculi intercedunt; primò in oculo sinistro morbus erat iam inueteratus ob durationem mensium octo; secundò habebat causam ex vulnere, & cicatrice iam dudum ex spinoso virgulto progenita; tertiò facta erat mutatio ab opthalmia, qua primùm læsa fuerat visio ex dicto vulnere, ad albuginem, & cataractam: In oculo autem dextero agebatur de simplici opthalmia recenter nata, vt credimus, per consensum ad alterum oculum. De hac mutatione, & transitu deponit ipsa Hieronyma in Informatiuo *Summar. Addit. pag.* 30. ibi = *In occasione, che sette in otto mesi sono mi vrtai con vna bacchetta di macchia nell'occhio manco in occasione, che atturaua vn passo della mia Vigna, per la qual percossa restai offesa talmente, che dopo suanito il tumore, e cessato il dolore, mi restò vn panno nel dett'occhio, quale m'impediua affatto il vedere.* Huiusmodi symptomata cum non concurrant in oculo dextero, differentiam substantialem inter vnum, & alterum oculum constituunt; præsertim cum albugo, seu cataracta iuxta dictam depositionem non agnoscitur contemporanea inflammationi oculi dexteri, sed magis antiqua, videlicèr post aliquot dies inflicti vulneris à spinoso virgulto =

Sua-

Suanito il tumore, e cessato il dolore, mi restò vn panno nel dett'occhio, quale m'impedì affatto il vederci. Talis autem pannus, vel sit denominandus albugo, vel cataracta, fuit vera causa abolitionis totalis visus, non verò præcedens opthalmia; & in eodem reponi debet momentum morbi in dicto oculo sinistro, & consequenter miraculosa sanatio.

8. Ex his resultat responsio ad ea, quæ *sub num.* 7. retulit *ex* §. 7. Voti Domini Lancisij, nempe in approbatione Miracoli non esse figendum pedem in opthalmia oculi dexteri, quia agitur de morbo recentèr nato; nam si ageretur dumtaxat de inflammatione dicti oculi dexteri, verè cessaret ratio Miraculi, tum quia opthalmia facilè per se sola curatur, tum quia breui tempore durauit. Quarè optimè sapiens Peritus se declarat, illud symptoma non esse per se considerandum, sed vti procedens ab albugine, seu potius suffusione alterius oculi. Hoc enim est proprium suffusionis, quę ab vno oculo tractu temporis ad alterum communicatur; ideòque si promouendi ad Sacros Ordines suffusionem patiantur in vno oculo, consulit Zacchias eis non esse concedendam dispensationem, vt in *Quæstion. Medicoleg. tom. 1. lib. 8. tit. 1. pag.* 596. ibi = *Sed quia nunquam fit, vt vno oculo cataracta affecto non afficiatur etiam alter ob maximam vtriusque communionem, quo per fuso homo perfectè cæcus euadit, quandocunque ergo suffusio in vno oculo incipiat, videtur ob periculi certitudinem, nempè venturæ suffusionis in oculo sano, suffusus in vno tantum oculo repellendus est à promotione* = Bonetus quoque *in Medic. Septemtr. tom. 1. sect. 22. pag.* 145. refert de filia Consulis, cui cum dexter oculus vulneratus sanitati restitutus fuisset, sed sine visu, sinister quoque oculus à cataracta fuit impeditus. Tota itaque animaduersio R. P. D. Promotoris versatur in æquiuoco, quo symptoma inflammationis per se ac solitariè expendendum sumit, quando in rei veritate fuit symptoma morbi, qui altas radices iam infixerat per spatium octo mensium in infelice Patiente, & vocari debet symptoma morbi, vel symptoma causæ, vel symptoma symptomatum, prout explicat Sennertus *tom. 1. Institut. lib. 2. parte 3. cap. 2. pag.* 387. *col.* 2.

9. Itaque concludendum est prò vero Miracolo præsertim tribus concurrentibus circumstantijs: Prima, quod nullum adhibitum fuit medicamentum aptum ad expellendam causam morbi, non purgatum corpus, non adhibita specifica remedia: nisi quędam leuiora in principio morbi, à quibus nullum leuamen sensit suæ cæcitatis. Altera, quod visio recuperata est in instanti simplici applicatione corollæ ad vtrumque oculum: Tertia, quod nulla præcessit crysis, aut euacuatio. Habetur in sacro Textu curatio Tobiæ à cecitate media fellis piscis linitione. Sacri Interpretes vno ore apud Cornelium à Lapide proclamant, felli piscis virtutem inesse prò morbis oculorum sanandis; nihilominus dictam restitutionem visus fuisse miraculosam concedunt, & rationem reddit Zacchias *tom. 1. lib. 1. quæst. 8. pag.* 228. *num.* 49. *& seq.*, & apud eundem Vallesius, quia vnica vnctione albugo cecidit ex oculis cæci Tobiæ, quando dicta vnctio iuxtà ordinem naturæ sæpesæpius debuisset replicari. Sed expedit afferre verba Sacri Textus *Tob.* 11. *Tunc sumens Tobias de felle piscis liniuit oculos Patris sui, & sustinuit quasi dimidiam ferè horam, & cæpit albugo ex oculis eius quasi membrana oui egredi, quam apprehendens Tobias traxit ex oculis eius, statimque visum recepit* = Quo exemplo docemur, quid dicendum sit in nostro casu, in quo nullum adhibitum fuit medicamentum, ac visio recuperata est in instanti, & nulla cecidit albugo ex oculis; prout in casu Tobiæ.

Quare &c.

QUINTUM MIRACULUM

Approbatum ab Illustriss. Lancisio Sanationis ab Empyemate Felicis Sterbinæ.

ANIMADVERSIO UNICA.

De Relevantia.

1. IN hoc Quinto Miraculo nihil opponitur aduersùs legalitatem probationum; de releuantia verò primò instauratur quæstio sub *num.* 8., quod sanata expuerit ab ore materias fætidas spatio quadraginta dierum, ex quo infertur, sanationem non esse adscribendam Miraculo juxtà doctrinam Reyes *in Elys. Iucundar. Quæstion. Camp. quæst.* 24. *in principio*, vbi enumerando requisita necessaria miraculosæ sanationis inquit = *Septimò requiritur, vt nulla evacuatio notatu digna præcedat, quia si accidat, tunc merè miraculosa sanatio dicenda non erit, sed vel ex toto, vel ex parte naturalis* = Et specialiùs cùm in præsenti casu medicamenta proportionata fuerint adhibita vsque ad diem sextum præcedentem assertam sanationem.

2. Respondetur, doctrinam Reyes posse in suis casibus esse veram, sed generaliter de omnibus morbis, & in quolibet statu morbi non verificari; nam in dyssenteria, hæmorrhagia, phthisi, voluulo vtique frequentibus euacuationibus mors accersitur: Quamobrem Sennertus *tom.*2. *cap.*10. ex Galeno, & Hyppocrate plura euacuationum genera distinguit, alia ad mortem, alia ad salutem conducentia, & alia media, quæ aliquandò benè, aliquandò malè ægris succedunt. *Pendent autem*, inquit Autor *pag. mihi* 504. *col. prima omnes hæ differentiæ ex tribus, naturæ robore, morbi natura, & materia quæ expelli debet, conditione, vt enim omnibus modis perfecta, & bona fiat euacuatio, natura robusta sit oportet, cælumque fauens habeat, morbus salubris sit, ac materia benigna, & facile mobilis, reliquæ omnes euacuationes ab hac deficiunt, ac vnum, vel plura ex his tribus, ijs desunt* = In empyemate nostræ Ægræ non vna, sed omnes tres conditiones indicatæ deficiebant; nam naturæ robur erat attritum, morbus non salubris, sed mortalis, materia peccans, & contumax, vtpotè quæ vltrà quadraginta dierum spatium protracta in tabem degenerauerat, prout plenissimè probatum est in Informatione, ac Responsionibus, & meliùs etiam exquisita Domini Lancisij consultatione. Vndè locum sibi vindicabat celebre aphorisma Hyppocratis = *Si quadraginta dierum spatio non repurgetur empyema, in tabem degenerat, quæ mortem accersit.*

3. Ad ea, quæ subduntur de potionibus, & medicamentis adhibitis attendi debet, quod etsi plura fuerint adhibita, plura tamen fuerunt omissa, quæ si vsui demandata fuissent, forsan Ægræ sanitatem

restituere potuissent; Siquidem, prout obseruat Dominus Lancisius in suo voto *pag.18. §. Querimoniam*, prætermissa fuit in principio morbi missio sanguinis, quam omnes Practici laudant in pleuritide adducta præsertim ex violentá corporis exercitatione, & contactu aquæ frigidæ. Prætermissa pariter fuit vstio, seu incisio debito tempore, de qua Hyppocrates *ep.7. Text.9.*, *Hydropicos in thorace secare oportet, tabescentes verò vrere, hydropicos minus citò, tabescentes verò citissimè secandos, aut vrendos esse*. Rationem reddit Scultetus *tab.35. Armam*, ibi = *Tabescentibus, & empyematicis purulentam materiam rupta vomica quasi tractu colligentibus statim thorax aperiendus, primò ne ipsi suffocentur à puris copia pulmonum dilatationem impedientes; Secundò ne in ipsorum pulmonibus, aliaue thoracis parte vt puris acrimoniam vlcus oriatur, quod aut nullius, aut difficillima curationis est* = Idemque firmat Bonetus *in Mercur. Compital. pag.165. num.21.*, vbi adducta autoritate Hyppocratis subdit = *Sanè mihi persuadeo, hanc curationem futuram multis vtilissimam, si tempestiuè administretur; nunc verò paucis, aut vix vllis est auxilio, quia aut non fit, aut omninò tardiùs multo quam oportet, partim quia ipsi Medici, quasi magna sint hæc, formidant, partim quia ægri nolunt obedire, nisi cum se mori apertè iam vident, tunc verò serò obediunt; tempestiuus verò horum vsus est, cum adhuc ægroto vires sunt, quæ ferant* = In nostra Ægra cum iam vires prostratæ penitùs essent, tunc Medici Curæ abstinuerunt ab hoc remedio, quia nimis serò de eodem cogitauerant. Quare in hoc statu ineuitabilem esse mortem exphthisi, aduertit Sennertus *tom.3. lib.2. par.2. cap.19. pag.326. col.2.*, ibi = *Si denique neque per tussim, neque per vrinam, neque per aluum materia euacuetur, neque etiam æger sectionem admittat, vel tolerare possit, vix euadet, sed phthisi morietur* = Ad hunc statum profectò Ægra non deuenisset, si quando incepit pleuritis, facta fuisset emissio sanguinis, vel quando rupta fuit vomica, ad thoracis aperitionem ventum fuisset. Rectè quidem ab Hyppocrate dictum esse docet Galenus *de Mission. sanguin. libr.7. quod illa, quæ præsentibus morbis faceremus, ea multo vtiliùs, at meliùs incipientibus, aut imminentibus anteuertendo faciamus*.

4. Secundò *sub num.9.* reassumit defectum instantaneitatis, quam dicit, ingenuè admitti in suis præcedentibus Responsionibus ab ipsismet Postulatoribus *num.7.* per hæc verba = *Super instantaneitate sanationis, & integra virium recuperatione fatendum est, nos versari in ambiguo* = Deficiente autem instantaneitate exclusa remanet ratio Miraculi, vti præter notissimas auctoritates sæpè in hac Sacra Congregatione allegatas docet Cardinalis de Lauræa *in 3. sentent. tom.4. disp.20. art.20.* cuius verba referuntur.

5. Quoad ingenuam confessionem Postulatorum aduertitur, *sub eodem cit. num.7.* se declarasse, instantaneitatem sanationis dubiam, atque ambiguam reperiri in verbis Testium, non autem in re, quia promiscuè loquuntur modò de recuperatione virium, modò de integra liberatione à malitia morbi. Ex qua verborum ambiguitate, ij, qui tantùm corticem, non verò substantiam depositionis respiciunt, in errorem trahi possunt, cum de cætero Medicus Curæ, cuius iudicium præcipuè debet attendi tam super statu morbi, quàm super eius liberatione, expressis, ac multiplicatis vicibus declaret, sanationem fuisse instantaneam, *pag.40. §.221.* = *Ed essendo Io*

Testimonio ritornato à vederla la mattina immediatamente seguente, trouai la suddetta Inferma senza febbre, senz'affanno, senza dolor del petto. Et §.223. = *E auendo osseruato quella mattina la detta Inferma nello stato, che Io hò detto, senza Febbre, senz'affanno, senza le suddette espettorazioni, senza dolore, e che si poteua voltare dall'altro lato, e anche alzarsi, e ciò senza veruna crisi, stimai, che la suddetta sanazione fosse vn Miracolo* = Et infrà §.228. = *Come già hò accennato di sopra, hò creduto, e stimo fermamente, che la sanazione istantanea della suddetta Signora Felice sia stata vn vero Miracolo sopra le forze della natura.* Et §.230. = *E per tutte queste ragioni dico, e concludo, che la suddetta sanazione non potè succedere naturalmente, massime con quella breuità di tempo da me sopra deposta.* Et §.240. = *Ma la sua sanazione successe istantaneamente, come già hò deposto, immeditamente dopo l'applicazione dell'Imagine della suddetta Serua di Dio Suor Giacinta.* Et §.253. = *Dopo la suddetta sua istantanea sanazione non hà mai più auuto nè febbre, nè dolor di petto, nè affanno, nè verun' altra infermità.*

6. Neque repugnat secundus Medicus Testis XII. *pag.46.*, *& seqq.*, quamuis *in* §.284. de febri dixerit = *Ed io sentitoli il polso, la ritrouai sgrauata di febbre, e megliorata assai di forze.* Nam optimè Dominus Lancisius ostendit, incertissimum esse iudicium ex solo pulsu desumptum propter frequentes varietates, quæ notantur in pulsibus maximè post longas, & graues ægritudines, imò etiam in sanis non paucos reperiri, qui habent pulsum quasi febricitantem. Quamobrem concludit, omninò credendum esse Medico Curæ, qui pulsus indolem in Ægra proptèr continuam obseruationem plenè callebat. Et ad ita censendum iuuant ea, quæ deponit ipse secundus Medicus *eodem* § 284. = *Io giudicai esser questa sanazione vn'effetto Miracoloso, e fuori delle forze naturali.* Et §.296. = *E stata miracolosa, e sopranaturale.* Et §.298. = *E però, come hò detto, la sanazione fù miracolosa, e sopranaturale* = Regula enim Iuris est, quod depositio dubia in aliqua parte declaratur per aliam, vt constat ex autoritatibus adductis in nostris Responsionibus *pag.62. num.9.*; Dicta duorum Medicorum confirmata quoque remanent ex depositionibus aliorum Testium circa instantaneam liberationem à malitia morbi, prout clarè constat ex eorum verbis expensis in nostris Responsionibus *pag.62.* §.11., *&* 12.

7. Autoritati Cardinalis De Lauræa in contrarium adductæ respondetur, quod ille loquitur in casu morborum leuiorum, quorum sanationes miraculosæ in infimo gradu ponuntur; Contrarium enim sensit vbi agitur de morbis grauioribus, & penitùs deploratis, prout in nostro themate, sicuti ipse se declarat *in eodem art.20. pag.597. num.*872., ibi = *Confirmatur ex Miraculis praseruationis tantùm à morte absque subita sanatione à morbo: Fieri potest, vt quis in articulo mortis positus, & omninò desperatus, per intercessionem alicuius Sancti inuocati vel à Patiente, vel à circumstantibus, vel per applicationem Reliquiæ, à morte praseruetur, & tamen à morbo, puta maligna febris, aut lethalis vulneris, aut pestis non statim curetur; TVNC NON OFFICIT, SI STATIM SANATIO NON OBTINEATVR; & habemus exemplum filij Reguli, Ioann.4.; Hic cum audijsset, quia Iesus adueniret à Iudæa in Galilaam, abijt ad eum, & rogabat, vt descenderet, ac sanaret filium eius, incipiebat enim mori; & cum instantia*

replicabat, Domine descende, priusquam moriatur filius meus. Dicit ei Iesus, vade, filius tuus viuit; ibat, & eo descendente, occurrerunt ei Serui, & nunciauerunt dicentes, quia filius eius viueret &c. In toto huius facti serie habetur, quod ager erat moribundus; Pater rogauit Iesum, vt saluaret eum, ne moreretur; Iesus non dicit, vade, sanus est, sed viuit, Serui non dicunt, surrexit è lecto, aut sanatus est, sed viuit &c. Itaque licèt posteà totaliter sanus euaserit ex consequenti, miraculum tamen consistebat in præseruatione à morte, quæ ad nutum, seu voluntatem Saluatoris expressa fuit verbo, filius tuus viuit, & consequentèr ad hoc accidit successiuè totalis sanitas. In his ergo casibus præseruationis, vt adscribantur Miraculo, articulus mortis, seu periculum ineuitabile certissimè, & euidentèr omni exclusa dubitatione constare debet ex iudicio Peritorum, vt præseruatio sine totali sanatione morbi diei possit miraculosa, & tribui alicui Sancto inuocato; alioquin si euidenter non constet de ineuitabili periculo, nisi accidat totalis sanatio, vel tanta, quæ à natura tunc fieri nequeat, miraculosa non erit censenda præseruatio, sed naturalis.

8. Si ergo doctrinæ clar. mem. Cardinalis de Lauræa standum est, versamur in claris; Vterque enim Medicus Ægram deplorauerat, vt iam in Informatione, ac Responsionibus diximus, sed eorum dicta hic repetenda sunt, vt apertè demonstretur, eandem adamussim nostro casui conuenire. Blasius Cantarellus Medicus Curæ *pag. 39. §. 219. si ridusse con polso debolissimo, e mortale detto da Medici Miuro, cioè assai sottile, con labbra liuide con affanno maggiore, con occhi rimessi, ed estremi freddi, faccia cadauerica; stante questa sindrome di accidenti, e sintomi fù giudicata da me spedita con ordinargli i Sacramenti anche dell'Estrema Vnzione, i quali li furono amministrati anche con la mia assistenza, e l'Estrema Vnzione li fù data verso la sera, stimando io, che la detta Inferma douesse morir quella notte* = Et alter Medicus Testis XII. *pag. 47. §. 279. finalmente si ridusse, che non potea giacere, se non sopra vn lato, e volendosi voltare all'altro lato li veniuano suenimenti, che pareua, che volesse allora morire, con auer perso affatto l'appetito, e le forze li erano mancate à segno, che aueua vn polso paruo, e frequente con faccia quasi cadauerica, con gli occhi rimessi, naso filato, vnghie incuruate, e anche lagrime inuolontarie, che li appariuano dagli occhi, segni tutti mortali, e così io la lasciai vna sera, credendo, che la notte douesse morire.*

9. Negatur nihilominùs *num.* 10. instantaneitas sanationis, quia asseritur, restringi ad cessationem doloris lateris, statim ac facta fuit applicatio Imaginis nostræ Seruæ Dei; quandoquidem semper subsistit, sanationem, non obstante prædicta circumstantia, non esse Miraculo adscribendam, quia ad Miraculum requiritur non sanitas partialis, sed totalis, prout prosequitur Gaspar Reyes loco citato = *sextò requiritur, vt sanatio sit perfecta, non manca, aut concisa; Miraculum enim vt opus à perfectissima, & supernaturali causa dimanans, perfectum, & absolutum esse debet.*

10. Nimis in arctum restringuntur effectus miraculosæ sanationis, dum tantummodò cessatio doloris lateris adducitur in signum obtentæ sanitatis. In contrarium de omnibus signis præcedentis morbi loquuntur omnes Testes; iam supra retulimus verba Medici Curæ, sed hic cogimur eadem replicare. *Pag. 40. sub §. 121. Ed essendo io Testimonio tornato à vederla la mattina immediatamente seguente, trouai la*

detta

detta Inferma senza febbre, senz'affanno, senza dolore nel petto, e mi disse, che la notte si potè voltar da per se, come anche l'istessa mattina, e si potè alzare à sedere sopra il letto da per se, doue che prima non poteua reggersi, nè voltarsi senza grandissimo affanno, e pericolo di morire per ogni poco di moto. Ipsa Felix Sanata *pag.* 22. §.48. *E certo, che quanto à me, mi sarei potuta leuare dal letto, perche non mi sentiuo nè febbre, nè dolore alcuno, e anco mi sentiuo bene di forze, mà mi conuenne far l'obbedienza del Medico di stare à letto per questi giorni, che hò deposti negl'Interrogatori.* Soror Sanatæ, quæ à latere eiusdem Infirmę nunquam recessit *pag.* 30. §. 120. *gli giorni seguenti la detta mia sorella continuò à star bene senza febbre, e senza dolore, ò incomodo alcuno, potendosi liberamente voltare da per se, e anche alzarsi à sedere sul letto parimente da per se, benchè io qualche volta procurassi d'aiutarla; e da vantaggio mangiaua, e si nutriua bene, doue prima non poteua sostentarsi se non che con pisti, e consumati, giulebbi gemmati, e cose simili stentatissimamente, e dopoi, come hò detto, mangiaua polli, uccellami, ed altre cose liberamente, e diceua, che staua bene.* Eiusdem sanatæ Confessarius *pag.* 35. §. 171. *Deuo aggiungere, che la detta Signora Felice dopo l'inuocazione, ed applicazione da me sopra riferite stiede immediatamente bene, e voleua leuarsi dal letto, mà li conuenne trattenersi per obbedienza al Medico.*

11. Non itaque subsistit, vnicè defecisse symptoma doloris lateris post appositionem Imaginis Seruæ Dei; nàm cessauit febris, cessauit inappetentia, cessauit difficultas respirationis, potuit assurgere in lecto, potuit etiam liberè loqui, & vires reparatæ fuerunt, si non integraliter, saltèm pro maiori parte. Quamobrèm inapplicabilis est in tali themate autoritas Reyes, cui ex abundanti fit satis exemplo Ezechiæ 4. *Reg.* qui fuit miraculosè sanatus à Domino, medio ficorum cataplasmate, sed non itaùt statim perfectè conualesceret; nàm peros Isaiæ Prophætæ fuit eidem prænunciatum, nonnisi post tertium diem ad Templum profecturum. Vndè rectè concluditur, vires non fuisse perfectè recuperatas nisi post tertium diem, quamuis illicò morbi malities cessauerit. Verba Sacri Textus sunt sequentia = *Audiui orationem tuam, & vidi lacrimas tuas, & ecce sanaui te, & tertio die ascendes Templum Domini.* Hanc sanationem fuisse Miraculosam, etiamsi solum tertia die fuerit validus ad procedendum, & sanationi fuerit adhibitum cataplasma ficorum tradit Cornelius à Lapide *Isa.* 38. ex sententia Medicorum, & Sacrorum Interpretum, ibi = *quidquid sit, certum est, ficus non habuisse tantas vires, vt hominem moribundum vitæ, & sanitati restituerent, idque tàm citò, scilicet vt tertio die adiret Templum, vt dicitur 4. Reg. 20. quare potiùs hac Curatio Miraculo tribuenda est, quàm ficubus. Ita Valesius Sac. Philosoph. cap.* 39. *Vatablus, Adamas, & alij.*

12. Hoc quoque exemplo vtitur Cardinalis de Lauræa ad ostendendum, non esse necessarium, quod instantaneè expellantur morbi reliquiæ. Ità *dict. disput.* 20. *art.* 21. *pag.* 602. *num.* 903. vbi adductis verbis superiùs citatis *Isaia* 38. & 4. *Reg.* 20. subdit = *sed tamen vulnus, seù vlcus eius tunc non fuit sanatum, quia Isaias iussit afferri massam de ficis, vt cataplasmarent vulnus eius, & sanaretur. Quidquid sit de hoc, morbus regius, quo laborabat Ezechias (ex Aquila, & Theodotione) abscessit, mortis periculum euanuit, & tamen morbi reliquiæ, nempè vlcus, aut vulnus, vel apostema remansit, fuitque per ficorum* con-

contusorum cataplasma curandum; ergo reliquia morbi remanens Miraculum non tollit, nec minuit = Alterum exemplum adducit idem de Lauræa *sub dict.art.21.pag.603. num.909. ex Marci 7.* in filia Chananeæ = *Hæc gentilis cum esset, inquit Cardinalis, rogauit Dominum, vt filiam suam à Dæmonio malè vexatam liberaret; post perseuerantem orationem obtinuit, quod optabat. Vade, dicit Textus, exijt Dæmonium à filia tua. At nota, cum abijsset domum, inuenit puellam iacentem super lectum, & Dæmonium exijsse. Subditur, Iacebat, non surrexerat, aliqua in ea erat debilitas* = Præstereà obiectum excitatum ex verbis Reyes ipsemet sibi opponit Cardinalis De Lauræa *in cit. art. 21. pag. 604. sub num.910.* ibi = *Obijces ex Sacro Textu, Dei perfecta sunt opera; Respondetur sub num.911. quod non definit esset verum Miraculum & perfectum Dei opus per hoc, quod dolor aliquis adsit in subiecto.*

13. Demùm quælibet amaritudo remouetur, ex quo non versamur in Miraculo tertij, sed secundi generis, nempè in empyemate consummato, & perfecto, quod cum importet necessariam tabem iuxtà doctrinam Hyppocratis, & vlcus in pulmone cum phthisi, & febri ethica, sequitur, morbum fuisse artis, & naturæ viribus insanabilem; in quo casu non requiritur instantaneitas physica, prout aduertit in suo Voto Dominus Lancisius *pag.27.* ibi = *Potissimùm verò, quia in morbis, qui suapte natura sunt incurabiles, conditio instantaneæ sanationis non est rigorosè accipienda* =Ità Zacchias *in Quæstion. Medicoleg. lib.4. tit.1. quæst.3.n.8. & 9.* Castellinus *de certitud. glor.Sanctor.cap.8. pag.407. col.1. vers. Miraculum, & vers. eandem sententiam*, Lezana *to.4. consult.1. par.2. pag.20. num.194.* Bordonus *de mirac. meditat. 7. qu. 6. pag.109. num.24.* Contilorus *de Canonizat. Sanctor. cap.17. pag. 189. num.14.* Et hæc fuit praxis Sacræ Congregationis, prout resultat ex Relationibus Rotæ, vt in illa S.Caroli *par.3. Mirac. 16. §.Non obstat in fin.* in illa S. Ignatij *pariter par.3. Mirac.5. §. Neque repugnat*, in illa S. Raymundi *par.2. art.5. §. Quod si quandoque*, in illa S.Franciscæ Romanæ *par.3. art.1. §. Et licet*, & in illa S. Francisci de Paula *art.6. Mirac.5. in fin.* Id tandem fuit iudicatum per Sanctitatem Vestram in Causa S. Felicis à Cantalicio super secundo Miraculo instantaneæ sanationis Leopoldi de Tozzis, in qua acriter opponente Archyepiscopo Myrensi defectum instantaneitatis, ex quo Pater Pueri dixerat in sua depositione = *che la sua sanazione seguì tutta in vn subito, benche gli rastasse qualche debolezza, auendo però ricuperato le pristine forze dopo quattro, ò cinque giorni* = nihilominùs pro Miraculo rescriptum fuit.

14. Quamobrèm à primo ad vltimum obiectum deficientis instantaneitatis euanescit, quia pluribus exemplis Sacræ Scripturæ docemur, Miraculo non derogari, maximè in morbis grauioribus, etsi remaneant aliquæ Reliquiæ morbi, dummodò eiusdem malitia sit remota; *Quæcunque enim in Sacro Textu scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.* Exempla scripturæ coadiuuantur Autoribus in materia Miraculorum præcisè Scribentibus, necnon praxi Sacræ Congregationis in Causis aliàs decisis, & præcipuè, in proxima Sancti Felicis à Cantalicio. Quod in terminis magis grauibus, quàm fuerit illa S. Felicis, sit casus nostræ Empyematicæ, satis per se patet. Quarè &c.

SEXTVM MIRACVLVM.

Approbatum ab Illustrissimo Lancisio liberationis instantaneæ Sororis Virginiæ.

Ab incurabili, & hæreditaria epilepsia per Apparitionem, atque intercessionem Seruæ Dei.

ANIMADVERSIO UNICA.

De Releuantia.

1. OPponitur primò *sub num.*11., quod morbus epilepticus sæpiùs nostram sanctimonialem vexauerat ante assertam sanationem Miraculosam, itaut verisimile sit, vltimum terminum morbi stetisse in magno illo paroxysmo, in quo dicitur, sanitatem miraculosè recuperasse; & si res ità se habet, cessat ratio Miraculi, cum Miraculum nullum excogitari valeat in sanatione à morbo ad illum statum perducto, qui est vltimus, & quem sanitas naturaliter sequitur, vt benè docet Gaspar Reyes *in cit. quæst.*24. *Quartò requiritur, vt talis morbus non sit in vltima parte status, itaut non multo post naturaliter declinare deberet.*

2. Respondetur primò, vltimum statum morbi non benè discerni ex præcedenti tempore durationis, quando, prout in casu præsenti, non agitur de morbis humoralibus, sed organicis in neruis sedem habentibus, prout verificatur de epilepsia, quæ iuxtà Zacchiam *in Quæstion. Medicoleg. tom. primo libr.*4. *titul.primo quæst* 8. *pag.*226. *num.*23. supponit naturalem cerebri, neruorum, capitisque totiùs debilitatem. Idemque firmauit Sennertus *tom.*3. *lib.*1. *part.*2. *capit.*13. *quæst.*4. *pag.*167. vbi latè explicat, quomodò cerebrum, eiusque partes organicæ venenosa hac labe afficiantur.

3. Respondetur secundò, signa, & prognostica futuræ sanitatis non ex vno tantùm signo, sed ex tribus simùl concurrentibus discerni, videlicèt ex tempore, quo paroxysmi reuertuntur, ex eorum duratione maiori, vel minori, & ex symptomatum magnitudine, ac vehementia. Si enim hæc tria fauorabilia sunt, itaut tardiùs accedant paroxysmi, minùsque durent, & sint leuiores, tunc erunt signa proximæ sanitatis: Si verò res aliter se habeat, præsagiri potest morbi ingrauescentia, & obitus; sed vis stat in vnione trium signorum, nàm si diuisim vnum ab alio sumatur, æquiuoca sunt ad pronunciandum de sanitate, vel obitu ægrotantis. Ità monet Sennertus *in Institut. libr.* 3. *part.* 2. *de sign.*, *&* *Prognostic. capit.* 2. *pag.*490.

pag. 490. ibi == *Conferendæ sunt paroxysmorum mutationes, quæ consistunt in tribus, in hora, qua reuertuntur morbi, in tempore durationis, & in symptomatum magnitudine, vel vehementia; neque enim an morbus augeatur, ex eo tantùm quis colligere potest, quod accessiones anticipent, sed tria hæc coniungenda sunt, si enim paroxysmi citiùs reuertantur, itaut secundus anticipet tempus primi, deindè si secundus longiùs duret, quàm primus, tertiò si secundus sit vehementior primo morbum augeri certissimum est; contrà si paroxysmi postponant, idest tardiùs inuadant, breuiori tempore durent, minùsque sint vehementes, indicio est morbum declinare.*

4. Cùm ergo nostram sanctimonialem in principio morbi paroxysmi rariùs impeterent, ad breue tempus durarent, nèque essent vehementes, deindè tractu temporis spissi facti essent, itaut in qualibet Lunæ mutatione eamdem adorirentur, ac plures horas durarent, & cum totali sensuum tum internorum, tum externorum abolitione, prout resultat ex toto Summario, frustrà inijcitur scrupulus, morbum fuisse in fine. De cætero insistendo in solis paroxysmis aduertit Bonetus *in Thes. tom. primo capit.* 29. *pagin.* 816. *Loquens in terminis epilepsiæ, quod cum paroxysmi crebrò repetunt, & qualibet vice atrociores fiunt, functio animalis breui debilitatur, atque hinc labe in spiritus, & neruos præcordijs inseruientes sensim traducta, functio vitalis paulatim eneruatur, donec tandem languente toto corpore, pulsuque imminuto, ac demùm cessante, postremò flamma vitalis extinguitur.*

5. Verum quidem est, quod quando morbus peruenit ad statum, itaut non multo post naturaliter declinare debeat, symptomata aliquandò fortiora sunt, & Ægri de vita periclitantur; hoc autem euenit, quando imminet crysis, per quam morbi violentia alleuatur, & paulatim declinat; & ad hanc circumstantiam proximæ crysis attendi vult Zacchias, vt de miraculosa sanatione Iudicium ferri possit. Ità *in Quæstion. Medicoleg. tom. primo libr.* 4. *titul. primo quæst.* 8. *pagin.* 244. *num.* 6. ibi = *Tertiò requiritur principaliter, quod morbus non sit in vltima parte sui status, itaut non multo post naturaliter declinare debeat, vel vt morbus non sit propè Iudicium; in hoc enim tempore, vt ex Hyppocratis sententia patet aphor. sect.* 2. *aphor.* 30. *symptomata omnia fortiora sunt, itaut Ægri aliquando de vita periclitentur; succedente autem crysi, subita, ac repentina mutatio fit ad salutem, quæ miraculosa ob id plerisque videtur, ob sæuitiam enim symptomatum iudicant, absque dubio Ægrum de proximo moriturum, qui tamen breui sanitati restituitur.* = In nostro autem casu cum nulla crysis euenerit, nullum indicium colligi potest morbum fuisse in fine, sed potiùs magis, ac magis exacerbari tum ex atrocitate ipsorum symptomatum, tum quia paroxysmi facti erant frequentiores, & maioris durationis, & demum quia morbi isti chronici, & habituales raro per crysim expelluntur, maximè in his, qui hæreditario seminio contraxerunt.

6. Opponitur secundò, quod si miraculum reponitur in sanatione ab illo magno, & vltimo paroxysmo, non solùm vrgent ponderationes propositæ in præcedentibus Animaduersionibus §. 5., sed etiam experientia ipsa Miraculum excludit, cum passim videamus epilepticos deambulantes per vicos, & plateas paroxysmo oppressos in humum prosterni, & in hoc statu per aliquod tempus permanere, vnde-

loque

loque adhibito medicamento deindè assurgere, & ad suas regredi domos.

7. In nostris Responsionibus *pag. 86. num. 3.* iàm diximus, cessationem paroxysmi, recuperationem virium, atque expulsionem causæ morbificæ fuisse vnicam actionem continuatam, in qua singulæ partes confluunt ad Miraculi perfectionem; eiusque tamen momentum reponendum esse in expulsione causæ morbificæ. Addimus modò in ipsiusmet paroxysmi liberatione toto etiam rigore posse Miraculum considerari, attentis circumstantijs consecutiuis ad dicti paroxysmi liberationem, videlicèt quod simul cum paroxysmo cessarunt ejusdem symptomata, nempè mentis obtenebratio, viriumque prostratio, quibus ad plures dies alijs vicibus vexabatur, & sunt effectus epilepsiæ grauis, sicut aduertit Zacchias *tom. primo libr. 9. consil. 17. pagin. 693. num. 7.*, vbi firmat, post paroxysmum ad tres usque dies homines non esse sanæ mentis, ideòque actus, atque instrumenta per ipsos facta dicto tempore nulla esse; quia dicto tempore deficit penitùs Iudicium, ac de his censendum esse, ac de insanis; idque probat etiam authoritate Auicennæ, Cellij, Aureliani, atque aliorum Medicorum. Immò cessarunt quoque omnes dolores ex præcedentibus frictionibus, cucurbitulis scarificatis, atque vstionibus, quibus ad paroxysmi expulsionem vsi fuerunt Medici.

8. Res constat ex dictis Testium. Ipsamet sanata *pagin. 25. §. 87.* *Immediatamente subito mi sentij del tutto guarita, e perfettamente sana, non sentendo nè meno dolore degli strapazzi, frizzioni, botton di fuoco, coppe, ed altri rimedij violenti, che mi furono applicati, e come non fossi stata mai male, richiesi all'Infermiera gli abiti per vestirmi, conforme subito mi alzai.* Testis II. *pagin. 29. §. 125.* *Mentre Io mi ritrouauo in vn'altra stanza della medesima Infermeria, mi viddi nella detta stanza Suor Virginia vestita sana, e libera con vna perfetta, ed intiera sanità, ed Io interrogandola, perchè si fosse leuata così presto, mi rispose, che si sentiua benissimo, ed intieramente sanata, e perciò non aueua bisogno di riposo alcuno; e veramente doppo, che restò sana, da quel punto Io viddi, e osseruai, che non aueua, nè mostraua auere alcun dolore, e molestia di qualsiuoglia sorte non solo per la grauità dell'accidente, che patì, quale li durò dalle quindici fino alle venti due ore, mà anche per i grandi strapazzi, e medicamenti violenti, che li furono applicati, e particolarmente del botton di fuoco alla nucca, e delle frizzioni con sale, ed aceto à piedi, che li furono fatte rigorosamente, solendo queste recare vna grandissima pena, e dolore, quale necessariamente li doueua anche durare ritornata in sè; e pure con grande ammirazione Io viddi, che camminaua, parlaua, operaua, come se mai auesse auuto alcuno accidente, nè patito, ò auuto per meglio dire le sudette operazioni violente.* Testis III. *pagin. 38. §. 208.* *E sò, che subito si volse leuare, e si vestì, e venne à cena con noi altre Infermiere, mangiando tutto ciò, che mangiassimo noi, e staua perfettamente sana senza sentire alcun dolore della pena, dell'accidente grande, e degli grandi strapazzi, e bottoni di fuoco.* Testis IV. *pagin. 48. §. 315.* *Io tengo per certo, che non potesse la medesima Virginia ricuperare perfettamente la perfetta loquela, camminare, alzarsi dal letto, e fare ogni operazione da sana in vn'istante, com'ella fece doppo essere stata trauagliata per sett'ore continue da vn grauissimo accidente, quale l'aueua costituita senza speranza di salute, e in'oltre per gli graui, e fieri rimedij applica-*

 tili

tili diftrettore, frizzioni agli piedi con aceto, e sale, e di botton di fuoco alla nucca,

9. Neque vrget experientia eorum, qui in publicis vijs, & compitis corruunt a paroxysmo oppressi; nàm in his, qui hoc modo caduut, rarò evenit, quod paroxysmi durent per spatium septem horarum, & rarò euenit, quod post paroxysmos resurgant absque mentis turbatione; nam si seriò considerentur, statim ac ex humo consurgunt apparent stupidi, neque connectunt verba, nusquam tamen contingit in hisce casibus, quod fuerint excruciati frictionibus, cucurbitulis scarificatis, atque vstionibus; vndè experientia adducta in Animaduersione ex tot circumstantiarum diuersitate non potest applicari sanationi nostræ Ægræ.

10. Opponitur tertiò, quod si vis Miraculi constituitur in liberatione totali à morbo epileptico, itaut in tantum sanatio miraculosa sit, in quantum Ægra non fuit in postetum à dicto malo vexata, necessariæ ad minus essent probationes continuatæ sanitatis; cumque hæ deficiant, quisque facili negotio colligere poterit, sanationem hanc non esse Miraculo adscribendam.

11. Ad probationem expulsionis causæ morbificæ sat est excuttere depositiones nostrorum Testium; ij enim concorditer deponunt à momento recupetatæ salutis vsque ad confectionem Processus, hoc est per spatium vnius anni, & sex mensium perfectè liberam à quocunque paroxysmo, & omni alio morbo nostram Sanctimonialem semper conualuisse. Ita eadem sanata deponit *pag.*25. §. 89. *Da quel tempo in quà, cioè dalli sei di Decembre 1709. fino al presente, che sono già dicidotto mesi cominciati, non hò mai più per grazia di Dio, e per li meriti della detta sua Serva patito detto male, ne ho sperimentato alcun minimo tocco, ò accidente, ò segno di qualsivoglia sorte, ed ho sempre osseruata la vita commune senza risguardarmi dal beuer vino, ne da alcuna specie di cibi, mangiando carne, e ogn'altra sorte di cose, che porge la comunità, e beuo vino, come l'altre Monache, e fatico, e lauoro, e fo tutti gli esercizij, ed operazioni, che mi comanda l'obbedienza, e godo vna perfetta salute*, Testis II, *pag.*30. §.129. *E da detto tempo in quà non ha mai più patito alcun ben minimo accidente, anzi quella medesima sera volse di nuouo beuere il vino, e mangiar tutto senz'alcuna riserua, pubblicando espressamente, che lei era stata miracolosamente sanata per l'interceßione della detta Serua di Dio; Gli Santi fanno le operazioni perfette; non auea bisogno di viuer con regola per preseruarsi, bastandoli la fiducia, che aueua in Dio benedetto, e nell'interceßione, ed aiuto della sua Serua Suor Giacinta suddetta; e tutto questo lo sò, perchè mi son trouata presente à tutto*. Idem quoque repetit *pag.* 35. §.174. Testis III. *pag.*42. §.253. *Dal detto tempo, cioè dalli sei di Decembre 1709. fino al presente essa Suor Virginia non ha patito mai più di esso male, nè ha auuto vn minimo tocco, ò segno, e da detto tempo sempre hà osseruato la vita comune, mangiando ogni sorte di cibi benchè nociui, e beuendo il vino, come l'altre Monache, e attualmente sta nella sanità perfetta, come sempre hò veduto, e osseruato, e vedo presentemente*. Testis IV. *pag.* 46. §. 294. *Già ho detto, che dopo detta Inuocazione, e liberazione seguita la medesima Suor Virginia non ha patito mai più di mal caduco; ed essendo passati diciotto mesi non ha auuto in questo tempo vn minimo accidente, benchè piccolo*. Idem repetit *pag.*48. §.317. Testis V. Me-

Medicus Curæ *pag.50. §. 344. Allora restai con ammirazione, e dissi, dobbiamo crederlo Miracolo, ma conuiene aspettare non solo il moto della Luna, ma specialmente il Solestizio hiemale, ed equinozzio vernale. Ora poi essendo non solo passati detto Solestizio, ed Equinozzio, ma il corso di dicidotto mesi, e auendo in questi mesi goduto detta Suor Virginia vna perfetta salute, e total quiete, e chiarezza di mente, anzi impinguata, preso buon colore, ed esilarata, non ostante che abbia beuuto vino, e mangiati i cibi, che dà la Communità, non ho più dubbio, ma tengo per certo, che sia guarita miracolosamente per intercessione della detta Serva di Dio Suor Giacinta Marescotti. Et pag.52. §. 356. Mi confermo, esser miracolosamente guarita, perchè in tutto il tempo, che esercito la mia professione, che sono anni 20. e più con auer medicati molti di questo male, mai veruno ne ho veduto risanare, supponendo, che non solo sia la pertinacia del male, ma l'vso forte de' vini, che in questa Città dell'abbondanza con molta copia s'imbeuono ne' corpi, che però si rendono più forti, e insanabili questi mali. Et §. 357. So certo, che la suddetta Suor Virginia non ha auuto più altra minima sorte di accidente, ed io lo sò di certo, perchè se l'auesse auuto, io ne sarei informato, come Medico ordinario di detto Monastero; ed io mi confermo nel giudizio detto di sopra, che questa sanazione sia stata miracolosa.* Testis VI. pariter Medicus *pag.56. §.391. Ho riferito la perfetta sanità della suddetta sanata, che poi non ha patito più minimo accidente per lo spazio di dicidotto mesi; Onde mi confermo nel mio Voto, che detta sanazione sia stata sopranaturale, perchè il male aurebbe fatto tregua, e nel trascorso di tanto tempo aurebbe mostrato qualche segno, ma riflettendo alla sanità della medesima continuata per tanto tempo, giudico, e confermo, che restasse sradicata in quell'istante qualsiuoglia praua qualità, tanto più ch'ella ritornò subito all'vso del vino, e al viuer comune senz'alcuna regola, e à tutti gli offizij faticosi di Conuersa nella cucina intorno al fuoco, ed all'acqua.* Testis VII. Chirurgus *pag.63.§.477. Mi confermo in detto giudizio per l'esperienza di dicidotto mesi passati dall'vltimo accidente, nel qual tempo, come ho detto, non ha dato vn minimo segno di detto male, anzi ha goduto, e gode vna perfetta sanità, facendo tutti gli esercizij faticosi del Monastero.*

12. Non deest igitur plena probatio perfectæ sanationis nostræ Sanctimonialis, quæ resultat ex dictis quatuor Monalium, inter quas eadem sanata, necnon trium Peritorum optimas causas reddentium de expulsione integræ causæ morbificæ. Nam primò omnes conueniunt ad pristinum statum naturalem rediisse cum actuali exercitio officiorum Monasterii etiam eorum, quæ non sine summo labore perficiuntur, prout sunt, quæ fiunt in culina; sanus enim dicitur, qui ad pristinnm, ac naturalem statum redijt *Leg. Quod ita sanatum ff. de ædilit. ed.* ibi = *Quod ita sanatum est, vt in pristinum statum redierit, perindè habendum est, quasi nunquam morbosum fuisset*, Galenus *lib.9. method. cap.15.*, plenè Zacchias *tom.2. lib.10. consil.59. pag.268. num.8.* Impossibile enim penitùs redditur, quòd tabes altè in neruis insita, prout in morbo hæreditario, & iam confirmato longo tractu temporis, & ferocissimis paroxysmis, non excitaretur ex continua necessitate culinario igni adhærendi, atque alijs laboriosis officijs, in quibus ob exercitationem corporis, siqui sunt in partibus organicis humores constricti, facilè commouentur.

13. Secundò quia per spatium decem, & octo mensium absque vllo recidiuæ signo perseuerauit, cum ad perfectæ sanationis argumentum sufficeret annalis excursus. Ita Nicolaus I. *in cap. Communitèr dist.33.* ibi = *Communiter diffinimus, ut nullus de his, qui aùt in terram arrepti, à Dæmonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incursibus efferuntur, vel sacris audeant Altaribus ministrare, vel indiscusè se ingerant Sacramentis diuinis, exceptis illis, qui corporis incommoditatibus dediti, sine huiusmodi passionibus in terram probantur elisi, QVI TAMEN, ET IPSI TAMDIV ERVNT AB OFFICII SVI ORDINE, ET LOCO SVSPENSI, QVOVSQVE VNIVS ANNI SPATIO PER DISCRETIONEM EPISCOPI INVENIANTVR AB INCVRSV DÆMONVM LIBERATI.* Glosa super hoc Textu dicit, *quod Epileptici debent esse tamdiù suspensi, DONEC APPAREANT EOS PER ANNVM LIBERATOS.* Idemque tempus annale sufficere pro plena probatione perfectæ sanitatis, dicunt Dartis *in dict. dist.33.pag.122.*, Giballinus *de Irregularit. cap.3. consectar.8.pag.62. §.Quamdiù verò*, Maiolus *de Irregularit. cap.16. pag.191. §. Dubium erit, & §.Verùm quia*. Si ergò vnius anni spatium ex textuali decisione, & Doctorum sententia habetur sufficiens ad ferendum iudicium de perfecta sanatione, clariùs idem iudicium ferendum erit in nostro themate, vbi per sex menses vltrà annum probata remanet perfecta sanatio. Neque credimus, longius experimentum exquirendum ad ferendam sententiam super Miraculo, quàm ad habilitandum aliquem ad administrationem Sacrorum Ordinum. Si enim attenditur scandalum, qued eueniret, quoties Sacerdos Sacrum celebrans, Hostiam, vel Calicem eleuans subitò corrueret, satis percipitur, quanti momenti sit, in re tam graui procul esse omne periculum. Notat id Textus *in cap. In tuis literis 7. qu. 2.* ibi = *Consulimus itaque, vt si frequenter hoc morbo tangitur, ab oblatione, ac Missarum celebratione modis omnibus prohibeatur; indecens enim est, & periculosum, vt in consecratione Eucharistiæ morbo victus epileptico cadat.*

14. Tertiò quia indifferenter post secutam liberationem nostra Sanctimonialis vsa est victu, ac cibo communi, ac præsertim vino. Sennertus *tom.3. lib.1. part.2. cap.31. pag.162. in verb. signa perfectæ curationis ab epilepsia* proponit experimenta diuersorum sufficium ad dignoscendum, an epilepticus fuerit verè sanatus. Huiusmodi tamen experimenta reijcit Zacchias *tom.1. lib.8. quæst.5. pag.590. nu.11. & 12.*, vti periculosa, & inutilia, cum sæpè obseruauerit in praxi, effectus suppositos non produxisse. Veram experientiam totalis liberationis à morbo desumi ab indifferenti ciborum, ac potus vsu, decreuit Gelasius *in cap. Nuper Foropopulensis 7. quæst.2.* Requisitus enim Pontifex à Clero Foropopulensi, an Episcopus, qui morbo caduco dicebatur laborare, posset admitti ad Sacra perficienda, delegauit Fratrem Rusticum, vt ad se reciperet dictum Episcopum, eumque probaret experientia triginta dierum in quarumcunque carnium comestione, ibi = *Faciat rem tua dilectio, Frater Rustice, sui moris, & aptam Magno Pontifici, vt eum triginta diebus tecum esse constituas, eumque carnibus indifferenter vti necessaria probatione compellas.* = Porrò quis non videt, quod si triginta dierum experientia in quibuslibet cibis habita fuit pro tempore congruo ad decernendum, Episcopum non laborare morbo sontico contrà proclamationem aduersùs eundem factam; multò validior ad hoc iudicium ferendum censenda

fenda erit experientia vnius anni cum dimidio, præsertim cum non solùm vsu carnium, sed aliorum quorumcumque ciborum etiam noxiorum, & præcipuè vini, probatio continuata fuerit; Medici enim à vino in primis abstinendum esse monent, *Bonetus in Thesaur. tom. 1. cap. 29. pag. 826. num. 165. & pag. 827. num. 137. & pag. 836. nu. 166., & in Medic. Septemtr. tom. 1. sect. 14. pag. 108. num. 21.* Quamobrem vini loco ligni quercini decoctum pro potione consulitur, ità Ortius *problem. 9. dec. 2.*

15. Hisce tribus probationibus naturalibus perfectæ sanitatis additur quarta supernaturalis Apparitionis, seu Visionis Vener. Seruæ Dei, quæ manus in caput nostræ Ægræ imposuit, & eidem expressis verbis denunciauit -- *Col nome di Dio siete guarita, Io son Suor Giacinta*-- De hac Apparitione fusè egimus in nostris Responsionibus *pag. 74. à num. 2. vsque ad 18.*, vbi eandem veram, ac realem fuisse probauimus, & ab omnibus obiectis etiam vindicauimus. Subdimus modò, per eam superlatiuè perfectam sanationem probari, quia, vt patet ex superiùs dictis de vltimo paroxysmo, diuina potentia clarè eluxit in virium recuperatione tàm valida, vt non obstante prolixitate paroxysmi, septem nempè horarum, necnon tot cruciatibus per Medicos inflictis, potuerit illicò sanorum opera perficere: Vndè hîc locum habet Sacer Textus *Deut. 32. Dei perfecta sunt opera.* Quamobrem Rota in suis Relationibus huiusmodi Visiones, atque Apparitiones in decernendo de Miraculis summo in pretio habuit, vt in Relat. S. Raymundi *part. 2. art. 8. vers. non tamen*, in Relat. S. Caroli *mirac. 4. post mortem vers. accedebat etiam Apparitio*, in Relat. S. Theresiæ *art. 3. de Mirac. in transitu tit. de quibusdam mirabilibus vers. tum quia non desunt*, in Relat. S. Franciscæ Romanæ *mirac. 8. vers. & quantum*, in Relat. S. Ignatij *mirac. 6. vers. & licet*, in Relat. B. Iacobi de Marchia *mirac. 15. §. Duplex in fin.*, in Relat. S. Laurentij Iustiniani *mirac. 2.*

16. Vrgetur nihilominùs *sub num. 12.* defectus probationum, ex quo liberatio consecuta sit anno 1709. & Processus, per quem continuata sanitas probatur, confectus fuerit post decem, & octo menses; Abbatissa, & Vicaria Monasterij testatæ sunt anno 1714. super continuatione perfectæ sanitatis præfatæ Sanctimonialis. Cum ergo hisce Attestationibus momentum probationis continuatæ sanitatis nitatur, & illæ sint ad perpetuam, sequitur, nullius roboris, atque efficaciæ esse iuxtà Decreta Vrbani VIII. *in libello pag. 57.*, & fa: me: Innocentij XI. §. 9., & sic à primo ad vltimum deest probatio continuatæ sanitatis.

17. Respondetur, attestationem Abbatissæ, & Vicariæ datam in *Summar. Addit. pag. 90.*, quod Sanctimonialis ab anno 1709. vsque ad annum 1714. in perfecta sanitate perseuerauerit, non adductam fuisse loco probationis, quia probationes validis fundamentis septem Testium innixas superiùs in medium attulimus, sed tanquam quid notorium facti permanentis, cum quilibet possit suo arbitrio informari in Monasterio S. Bernardini Viterbij dictam Sanctimonialem sanam, & validam viuere, prout in Attestatione asseritur. Hoc enim est proprium notorij, vt superueniat ipsi probationi, itaut nulla possit tergiuersatione celari, aut negari, *cap. Cum dilectus de Purgat. Canon. cap. final. de cohabitat. Clericor. cap. De manifesta 2. quæst. 1.*; Vndè & si attestatio non faciat fidem tanquam probatio, reijcienda non est vt quid notorium, sicuti aduertit Matta *de canonizat. Sanctor. par. 2 cap. 23.*

cap. 23. *num.* 12. *in fin.*; Quod si neque etiam hoc modo recipi placet, non repugnamus, eandem poni ad partes; absque illa enim, vt diximus, superlatiua probatio subsistit de perfecta miraculosa sanatione dictæ Monialis.

18. Si autem prætenditur, probationes superiùs adductas non sufficere, quasi ad iudicandum de perfecta sanatione in Epilepticis requiratur cursus maioris temporis, & plurium annorum experientia, respondetur, quod nos attulimus Sacros Canones, qui ad probandam Epilepticorum sanitatem vel experientiam triginta dierum in cibis, vel lapsum integri anni præscripserunt. Deindè quoque attulimus regulam de iure communi, per quam quis dicitur perfectè sanus, qui ad pristinum, & naturalem statum rediit. Attulimus etiam tres Peritos in Actis, quibus addi debent Vota Domini Lancisij, necnon bon: me: Pauli Manfredi; vndè quinque Peritorum suffragia concurrunt in ferenda sententia de perfecta sanitate nostræ Sanctimonialis. Attulimus insuper Visionem, ac Reuelationem Seruæ Dei cum expressa declaratione eidem Sanctimoniali, quod facta erat sana, cui euentus optimè respondit. Nihil autem in contrarium, neque ex Canonibus, neque ex Iure communi, neque ex praxi Sacræ Congregationis, neque ex doctrina Peritorum affertur, quod Tempus, Experientia, Periti, Reuelatio non sint attendenda: Quamobrem cum arbitraria omninò sit hæc oppositio, quod maius tempus, prolixior experientia exigatur, nullo modo est recipienda.

19. Addimus, quod si longius tempus, atque experientia magis protracta exquirantur, quia agitur de morbo, qui tractu temporis instaurari potest, & semper adest periculum recidiuæ propter feminium tabificum in neruis latens, plura sequerentur absurda. Primùm quod cum periculum recidiuæ possit durare vsque ad obitum, sequeretur, nullum ferè ad Sacros Ordines promoueri posse propter irregularitatem, quæ ob Epilepsiam contrahitur; nulli enim ferè sunt homines, qui in infantia, seu pueritia aliquandò morbo sontico non laborauerint, prout aduertit Zacchias *in quæstion. Medicoleg. tom.* 2. *lib.* 10. *pagin.* 59. *num.* 5. vbi agens de eo, qui ab Ordinibus Sacris prohibebatur propter irregularitatem, quia aliquando Epilepticus fuerat, inquit -- *Si quicunque, qui aliquandò Epilepsiam passus est, sit irregularis, & promoueri ob id non potest, perpauci, ne nulli dicam, ab ea irregularitate erunt immunes, cum perpauci sint, ne nulli dicam, qui Epilepsia saltem in pueritia non fuerint tentati, vt non modò nobis Medicis, sed lippis, ac tonsoribus notum est.*

20. Secundò pariter sequeretur, quòd si in nostro themate non satis constat de miraculosa sanatione propter periculum recidiuæ, neque pariter constabit in sanatione facta per ChristumDominum Pueri Lunatici, de quo in Euangelio *Matth.* 17., *& Marc.* 9., quem verè fuisse Epilepticum tenent Guglielmus Ader *enarration. de ægrot. & morb. in Euangel. par.* 1. *enarrat.* 4. §. *Epilepsia autem laborasse pag.* 24., Zacchias *in quæstion. Medicoleg. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.* 8. *sub num.* 66., Vecchi *obseruat. Medic. in Sacr. Scriptur. obseru.* 68., nam in eo quoque casu opponi poterat, superesse periculum recidiuæ.

21. Tertiò cum plures sint morbi chronici, qui statis vicibus reuersionem faciunt, vt Podagra, Ischyas, Carcinoma, & similes, nunquam de miraculosa eorum sanatione posset haberi ratio in Canonizandis; nisi priùs ex actis constitisset, per plures, ac plures annos post

sana-

sanationem prædictis morbis non fuisse ampliùs vexatos, & tamen, quamuis de hac circumstantia in actis nihil reperiatur notatum, plura nihilominùs Miracula reperiuntur approbata in Relationibus Sac. Rotæ, prout in Causa S. Laurentij Iustiniani, in qua ab Auditoribus Rotæ fuit approbata sanatio Blasij Carpentarij à Sciæ dolore, *vt in Relat. mirac.* 1., super qua sanatione scripsit quoque Zacchias *tom.* 2. *lib.* 10. *cons.* 5.; Et de Podagræ sanatione refert Miraculum S. Augustinus *de Ciuit. Dei lib.* 22. *cap.* 8. *pag. mihi* 467., necnon Auditores Rotæ *in Relat. S. Thomæ de Villanoua penès Consilorum pag.* 685., & de Carcinomatis sanatione ijdem Auditores *in dict. Relat. S. Thomæ de Villanoua pag.* 680., & in specie de Epilepsia Rota *in Relat. S. Caietani mirac.* 8., quod datur per extensum *in Addit. num.* 2.

22. Quartò demùm expectari deberet exitus vitæ in sanatis ab hisce morbis reuersiuis ad construendos Processus super miraculosa sanatione, & cum talis exitus posset in longum tempus proferri, interim Testes perirent. Certè Processus facti post annum, & etiam vltrà nihil iuuarent, cum semper vrgeret periculum reuersionis, nec coadiuuari possent vlterioribus probationibus propter binas regulas, quas habemus in Decretis, Primam, quod attestationes extraiudiciales, & ad perpetuam penitùs sunt reijciendæ à genere probationum, vt ex libello *pag.* 57., & in Decretis Nouissimis *num.* 9. alteram, quod probationes semèl factæ non sunt coadiuuandæ, Matta *par.* 5. *cap.* 3. *pagin.* 471. *num.* 11.; An hæc absurda sint admittenda, iudicium erit Sanctitatis Vestræ, & præstantissimorum Patrum,

Quarè &c.

De aliis tribus Miraculis reprobatis in suis Votis ab Illustrissimo Lancisio.

1 PRofligatis nouiter excitatis Animaduersionibus contra Tria Miracula à Domino Lancisio approbata, superest, vt videamus, quid censendum sit de alijs ab eodem in suis Votis eliminatis. De his quoque habendam esse rationem indubitanter asserimus; Et ratio est, quia ad ferendam Sententiam de miraculosis sanationibus non solùm morborum perfecta cognitio, indoles, grauitas maior, aut minor exquiritur, quæ nonnisi peritorum Medicorum ope percipiuntur; Sed vlteriùs perpendenda sunt dicta Testium, an inter se conueniant in substantialibus morbi symptomatibus referendis, atque in tempore, & modo sanationis, an in his, in quibus dissentiunt, ad concordiam reduci possint, an verisimilia deponant, ac reddant bonam scientiæ causam, pluraque alia, quæ ab indagine facti dependent. Ad ea autem decernenda faciliùs Hyppocratem, & Galenum, quàm Iurisperitos hallucinari posse, nemo negabit. Quamobrem cum miraculosarum sanationum momentum æquis partibus Medicis, ac Iurisperitis innitatur, minimè æquum esset, quod à solius Medici quamuis peritissimi judicio pendere deberet.

2 Incalescit argumentum, quia non obstante scientissimi hominis doctrina communi Eruditorum calculo tum citrà, tum vltrà Italiam acclamata, præstantissimi Consultores in his, quæ fauorabilia sunt Causæ Ven. Hiacynthæ, noluerunt conniuentibus oculis eiusdem Votis subscribere, imò, vt patet ex adductis Animaduersionibus, cuncta ex Actis rimati sunt, ipsasque Medicorum auctoritates in Votis indicatas recognoscere voluerunt. Quis autem non videt, quod eadem industria in alijs, in quibus aduersatus est nostræ Causæ Dominus Lancisius, ab ipsis desideratur, cum prima regula in iudicijs omninò seruanda sit æqualitas, per *Text. in leg. final. Cod. de Procurat. in l. non debet actor ff. de Reg. Iur. cap. non licet, & cap. in iudicijs eodem titul. de Reg. Iur.*: Nec mouere debet, quod Postulatores artis medicæ facultatem neque à limine salutauerint; Benè enim monet Lyricus Venusinus.

Vt si

Cæcus iter monstrare velit, tamen aspice.

3 Hisce prænotatis enixè deprecamur præstantissimos Patres, vt ad ea, quæ deduximus post Vota Domini Lancisij in Primo, Tertio, & Quarto Miraculo, aduertere non dedignentur, quibus paucula circa vnumquodque Miraculum superaddenda sunt.

PRIMVM MIRACVLVM

Instantaneæ Sanationis Gratiosæ Antolinæ ab Ischyade.

1 NON obluctati sumus in Responsionibus ad Votum super Primo Miraculo Domino Lancisio firmanti, morbum Gratiosæ Antolinæ fuisse Ischyadem contrà Sententiam Medici Curæ, qui per triennium, quo Ægram curauit, firmissimè tenuit, dictum morbum fuisse Spinam Ventosam: Sed cum ipse Dominus Lancisius iuxtà Hyppocratis auctoritatem *6. aphor. 60.* admiserit, quod quotiès laborantibus Ischyade morbus ad eum gradum peruenit, vt os femoris luxationem passum sit, naturalibus causis dissipari nequeat, negauit tamen, ad huiusmodi gradum morbum Gratiosæ peruenisse, & sic dixit, locum non esse Miraculo. Nos autem in contrarium *pag. 3. num. 5., & seq.*, adductis verbis Testium expressè probauimus, luxationem femoris adfuisse, proindèque ad eum statum ægritudinem inuincibiliter peruenisse, vndè nonnisi miraculosè Gratiosa regredi potuerit, iuxtà citatum Hyppocratis aphorisma = *Quibuscunque à coxendicum dolore diuturno molestatis excidit coxa, crus tabescit, & claudicant, nisi vrantur* = Ex his ad Miraculi illustrationem plura consequuntur: Primò, cum vstio non fuerit adhibita, Gratiosam ad sanitatem nunquam naturaliter restitui potuisse: Secundò, cum omnia medicamenta per Peritum Curæ applicata tenderent ad expulsionem Spinæ ventosæ, non solùm inutilia, sed fortè contraria censenda fuisse in hypothesi Ischyadis: Tertiò temporis qualitatem, aut breuis itineris cursum, trium tantùm milliariorum, nullius fuisse momenti ad expellendam vim morbificam incuneatam in capite femoris, prout resultat ex citato axiomate Hyppocratis, cum ex luxatione potiùs claudicatio, & tabes in Gratiosa producta fuerit, sicuti dixerunt Testes citati *pag. 3., & 4.* nostrarum Responsionum, quamuis perperàm negauerit, ea symptomata verificata fuisse in Gratiosa.

2 Quartò demùm maioris roboris non esse vim imaginatiuam, ad quam recursum habuit Dominus Lancisius, quiamorbi vis cum constituta non esset in venis, & humoribus, quo casu multùm iuuare potest Imaginatiua ad illam expellendam, sed in neruis, atque in solidis, ex quibus sola vstio excludere poterat, Imaginatiua nihil operari valebat. Additur, quod si facti series attenditur, vis imaginatiuæ prorsùs exploditur; Namque Gratiosa ab eius Viro deducta est Viterbium ab Oppido Sancti Martini, vt alterius Medici Peritiam probaret; Cum autem Viterbij fuissent, subitò Gratiosæ venit in mentem, loco Medici experiri preces Sororis Luciæ Aggrauiæ Monialis in Monasterio S. Bernardini cum opinione Sanctitatis viuentis, quod cum à Viro impetrasset, & à Monialibus intellexisset, dictam Sororem Luciam in Lecto habituali ægritudine ad biennium teneri, ab ijsdem Monialibus coohortata est, vt recursum haberet ad intercessionem Vener. Hiacynthæ. Itaque iuxtà insinuationem sibi factam cum super

Se-

Sepulcro dictæ Seruæ Dei feruentiùs oraſſet; illicò Gratioſa ſanata eſt, vt in Reſponſionibus ad Votum *pag.6.* §.25., & clariùs in *Summ. pag.*12.§.9.,*&* *pag.*16.§.46.,*&* *pag.*25.§.133.

TERTIVM MIRACVLVM.

Inſtantaneæ Sanationis Sororis Mariæ Viſitæ de Guerrinis à doloribus colicis.

1 HVius Miraculi releuantia præcipuè conuellitur à Domino Lanciſio *pag.* 15. §.*Tandem*, quia poſt quindecim dies iiſdem doloribus Soror Maria Viſita fuit iterùm, quamuis leuioribus attactibus, deprehenſa. Cui obiectioni, vltrà Reſponſiones datas Animaduerſionibus R. P. D. Promotoris à *num.* 16. *vſque ad* 38., & alias repetitas in Reſponſionibus ad Votum Domini Lanciſij *pag.*9. §.9., altera Reſponſio modò ſubditur deſumpta ex Relatione Rotali in Cauſa S. Cajetani ſuper Octauo Miraculo liberationis à morbo Comitiali Viennæ Muſcæ, quod datur per extenſum in *Addit. Num.* 2.; In dicto Miraculo habetur, quod præfata Mulier ſæpiùs vexata morbo Comitiali vouerat, ſe ſingulis diebus Orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam coram Imagine S. Caietani recitaturam, ſi ſanaretur ad eius intercesſionem. Obtinuit illicò ſanitatem, cum verò poſt duos menſes quadam die per obliuionem iuxtà Votum factum preces non perſoluiſſet, adfuit ſine mora corrector negligentiæ morbus, illa tamen inſigni monitione emendata ſtatim voto ſatisfecit, & à morbo libera euaſit. Poſt quatuor Menſes rursùs voti oblita à morbo iterùm attacta eſt, ſed pro eadem ipſius filia Orationem perſoluente, dolores ſubitò ceſſarunt, & in poſterùm ſemper ſana perſeuerauit.

2 Hac facti Hiſtoria narrata ſubdunt Auditores Rotæ, quod ſanatio ſit adſcribenda Miraculo, & allatis rationibus Medicis ſubijciunt = *Concurrit recidiua, ex quo votum non impleuerat, ægritudo, & rem ponit ob oculos inſtantanea liberatio ſemel, & bis poſt emiſſum, & adimpletum votum obtenta* == In noſtro themate eadem occurrit recidiua, & quidem ex ſimili cauſa ingratitudinis, prout Sanata, quæ vnicè deponit de hoc nouo ſymptomate, expreſsè teſtata eſt *pag.*8. §.17., *&* 18. == *Ma perchè io ingrata non riconobbi, come doueuo con quel rendimento di grazie, che ſi richiedeua ſ una grazia così ſegnalata, di lì à quindici giorni mi ripizzicarono i medeſimi dolori, ed io allora riconoſcendo la propria ſconoſcenza, ed ingratitudine, feci allora quello, che doueuo far prima, ringraziando di tutto core la ſudetta Serua di Dio Suor Giacinta della ſudetta grazia, e riconoſcendo il mio mancamento con chiederne ancora perdono Dio con ferma ſperanza, che in continuazione della medeſima grazia mi ſarebbero ſubito paſſati li dolori, come ſeguì.*

3 Tanta diuerſitas, imò contrarietas in iudicando de recidiua eiſdem numero circumſtantijs veſtita in ſimilibus ferè morbis non poteſt ſine ſumma admiratione conſiderari. Certè ignoramus, quomodo conciliari poſſint hæ duæ opiniones, quod recidiua indicet morbi radi-

cem non esse sublatam, prout intendunt R. P. D. Promotor, & Dominus Lancisius, & quod eadem recidiua seruiat ad confirmationem Miraculi, prout tenuerunt Auditores Rotæ. Sed judicium Rotæ videtur præferendum opinioni tum R. P. D. Promotoris, tum Domini Lancisij, maxime cum in vtroque casu post cognitionem erroris, illiusque emendationem sanitas vtriusque firma, & stabilis semper durauerit.

QVARTVM MIRACVLVM.

Instantaneæ Sanationis Fabiani, ac Thomasiæ Couiugum à febri continua

1 IN hoc Quarto Miraculo momentum causæ pendet à qualitate febrium Thomasiæ, & Fabiani. In illarum specie discernenda Dominus Lancisius recessit à iudicio Medici Curæ; Siquidem iste testatus est, vtriusque Iugalis febrem fuisse tertianam duplicem; Dominus autem Lancisius vult in Thomasia fuisse simplicem febrem synocham, & ephimeram protractam in Fabiano. In hac dissensione Medicorum quæri in primis debet, cuius iudicio standum sit, an minùs perito, qui tamen Infirmos curauit, an peritiori, qui absens nec eos vidit, nec curauit. Et hoc dubium resolui potest ex doctrina Reyes in *Camp. Elys. quæst.* 10., vbi quærit, an Medico liceat, aut possibile sit ægrotum absentem curare, & sub *num.* 5., ita distinguit = *Duplex est morborum conditio, alij acuti, alij chronici sunt, illi celerrimi, qui ingentes mutationes breui tempore subeunt, in eodem statu nunquam permanent, propterea de his dicebat Hyppocrates, difficilem esse prædictionem salutis, aut mortis; Ij verò molesti, contumaces, diù durantes, curationi renitentes, & qui hominis patientiam omnem non raro superant. De primis itaque dicimus, quod impossibile sit, vt per absentem Medicum rectè curentur, cum per horas, & temporum momenta nouam induant faciem, & symptomata afferant, quæ noua auxilia requirunt &c.: De chronicis verò aliter statuendum est.*

2 Itaque cum versemur in hoc primo genere morborum, nihil credimus derogari Viri probatissimi scientiæ, quamuis dicamus, eidem præferendum esse iudicium Medici Curæ. Siquidem cum diuersitas febrium depræhendatur à pulsibus, & vrinis, & Medicus Curæ vtraque explorauerit, ægrosque interrogauerit, morbique indicia, ac signa considerauerit, essentiam morbi meliùs potuit indagare, quàm Dominus Lancisius, qui acta tantùm inspexit. Verùm ex ijsdem actis benè exploratis eiusdem Votum destruitur: Quoniam tam febris synocha, quàm ephimera protracta recognoscunt suam causam ab extrinseco, *Bonetus in Thes. tom.* 1. *lib.* 1. *de febr. tit.* 2. *cap.* 1. *pag.* 22. *num.* 5., ex Willitio plures causas synocharum, seu ephimerarum enumerat, *solis æstum, inediam, sudoris retentionem, lassitudinem, seu laborem vehementem, vigilias, animi contentionem ex curis, tristitiam, ac tumores.* Easdem numero causas recenset Sennertus *tom.* 2. *lib.* 1.

lib. 1. *de febr. in verb. de causis febris ephimeræ col.* 1. §. 1. ; Neque dissentit circa causas ephimerarum, ac synocharum à sententia dictorum Medicorum Dominus Lancisius, dum in §. *Porrò quod febris*, recurrit primò ad tempus æstiuum. Attamen ex reuolutione Actorum nusquam similem causam assignare poterit ægritudinis dictorum Iugalium, quia ex actis constat, vtrosque febri correptos fuisse tempore Messis; Messes autem colliguntur in fine veris, non verò in adulta æstate, in qua solùm, prout cecinit Venusinus Vates.

Calorque

Designatorem decorat lictoribus atris,
Dum pueris omnis Pater, & Matercula pallet,
Officiosaque sedulitas, & opella forensis
Adducit febres, & Testamenta resignat.

3 Recurrit secundò ad opus factum in campo cum Messoribus à Fabiano *sub* §. *Et Quamuis*, vbi citatis verbis *Summarij Num.* 15. ; *Io me n'andai fuori in campagna à mietere il grano* =, & inferiùs = *Me ne ritornai al campo* = concludit ex intenso solis calore Fabianum diariam tantummodò contraxisse. Optima causa esset assignata, si factum ita se haberet, prout supponit Dominus Lancisius; Sed Fabianus Messem quidem fecit, non tamen priùs quàm ægrotaret, sed postquam conualuit, vt expressè ipse dixit *pag.*6. §. 15., quem citat ipsemet Dominus Lancisius = *Ci leuammo tutti, e due, perche tutti, e due ci sentiuamo bene &c.* : *Ond'io me n'andai fuori in campagna à mietere il grano, perchè ci aueuo due vomini à mietere, e mi riusci di caminare alla campagna, e di mietere senza patimento alcuno, sentendomi sano, come mi sento ora* =. Ex opere autem post sanitatem obtentam metendo ignoramus, quomodo pertransit ad opus, quod præcedere debebat morbum, si causa morbi esse debebat. Sed euidentiùs etiam conuincitur error Domini Lancisij ex *pag.* 8. §. 26., vbi per negatiuam coactatam excluditur assertus progressus ad campum, vt meteret, ibi = *Finchè non mi ammalai, l'assistei sempre giorno, e notte* = (intelligit Vxori infirmæ). Infirmitas autem Vxoris præcesserat illam Viri per tres dies; Igitur tribus diebus, antequam ægrotaret, non processit ad campum, si autem non processit, non dedit causam febri. Præterea quando per falsam hypothesim posset aliquo modo verificari causa extrinseca morbi in Fabiano, in Thomasia nulla assignatur à Domino Lancisio, & tamen illius ægritudo fuit magis contumax, durauit ad longius tempus, & cum sympromatibus valdè periculosis saltem ob prægnantiam vteri, & cum reposita fuerit inter febres synochas, ijs quoque assignari debebat causa extrinseca, de hac tamen causa altum silentium in Thomasia.

4 Deficit igitur Dominus Lancisius in assignatione causarum febris ephimeræ, & synochæ, sed deficit etiam in afferendis notis specificis, & discretiuis dictarum febrium. Nonnulla quidem congessit de dolore capitis, de lassitudine corporis, de breuitate durationis, sed prout diximus in Responsionibus *pag.*13. *à num.*7., *& sequent.*, vel dicta

signa,

signa, seu notæ considerantur in gradu remisso, & tunc propria erunt synocharum, atque ephimerarum, vel in gradu vehementi, & econtrà recenseri solent ab Autoribus inter signa febrium putridarum. In nostra hypothesi non in gradu remisso, sed intenso dolores capitis, lassitudines vtrosque Iugales afflixisse, patet ex dictis Responsionibus *pag.13.*; Vndè dicta signa retorquentur. Plura alia enumerat Sennertus à nobis citatus *pag.14.num.11.*, quæ nullo modo verificari possunt in casu, de quo agitur, præsertim sudor, ac mador in fine febrium, sine quo signo, etiamsi cætera adessent, nihil ex illis euinceretur.

5 Exclusis signis febris synochæ, atque ephimeræ protractæ, verificari asserimus alia signa spectantia ad febres putridas, & acutas, prout in *Summ.pag.11.§.50.*: *Notai nell'vno, e nell'altra i medesimi accidenti di dolor grande di testa, amarezza di bocca, e inappetenza, perilchè considerando, che questo male portaua lunghezza, determinai rispetto à Fabiano di cauargli sangue* =. Præter hæc signa in dicto Fabiano notabatur rigor frigoris in accessibus febrilibus, & quidem in gradu intenso, *Summ. pag.5. §. 6.*: *E di lì à tre giorni m'ammalai anch'io Testimonio con febbre grande, che mi veniua con freddo, che non poteuo riscaldarmi, e batteuo tant'alto* =. Extenuare studet hoc signum Dominus Lancisius, nam *sub §. Et quamquam, inquit ex Riuerio, etiam in febribus ephimeris rigorem, atque horrorem aliquando adesse posse*, & quoad durationem subobscurè tentat reducere ad vnum tantùm diem, *prout in §. Porrò circa fin.*; Verùm inutili conatu; Nam quoad frigus verba Fabiani nunquam explicari possunt de simplici rigore, aut horrore, nimis enim clarè loquitur = *Mi veniua con freddo, che non poteuo riscaldarmi, e batteuo tant'alto* =: Et quoad durationem expendenda sunt, quæ diximus in Responsionibus à *num.17. vsque ad 21.*, vbi clarè demonstrauimus, febriles accessus Fabiani tres fuisse. Hæc duo simultaneè sumpta trium accessuum febrilium cum symptomate rigidissimi frigoris non possunt conuenire febribus ephimeris, sed sunt specifica discretiua febrium tertianarum,

6 Cum igitur cessent ex vna parte cuncta ponderata in Voto Domini Lancisij ad sustinendam febrem synocham, seu ephimeram protractam, ex altera verò firmissima sint, quæ militant pro duplici tertiana, sine hæsitatione credimus, inhærendum sententiæ Medici Curæ, eaque subsistente sequitur, sanationem instantaneam fuisse miraculosam. Nimis enim leue est subterfugium ad excludendam instantaneitatem repositum in breui somno paucarum horarum, cum eidem somno tribui non possit virtus legitimæ crysis, sine qua tertiana febris nunquam instantaneè cessare solet. Instantaneitas verò luce meridiana clarior est, ex quo die ipso sanationis Fabianus potuit sine vllo periculo recidiuæ perfectum messorem agere in campo, & Thomassa domesticis curis incumbere, & iterùm sequenti die vterque ad campum pergere, vnus ad metendum, altera ad cibum messoribus ferendum, quæ circumstantia maioris momenti est, si animaduertatur ad diuersitatem temporis, quo gemini Iugales infirmati sunt. Impossibile enim est, prout benè obseruat Medicus Curæ, in vtroque morbificam vim simul defecisse, *vt pag.12. §.58. in fin.*, ibi = *E si aggiunge per vn'altra dimostrazione chiara, che questa sanazione improuisa, e seguita nel medesimo tempo tanto nella donna, quanto nell' vomo non potea mai succedere da opera della natura. perchè se per accidente fosse*

potu-

potuto accadere in quel medesimo tempo alcun termine critico rispetto à vno, era impossibile, che accadesse rispetto all'altra, mentre il medesimo male nella Donna era principiato tre giorni auanti, e nel marito tre giorni dopo, e perciò concludo, che la sanazione dell'vno, e dell'altra bisogna, che fosse sopranaturale, e miracolosa.

7 Summando itaque, quæ respiciunt hoc Miraculum, factum circa vtrumque Extremum probatur per duos Testes æquè principales in hoc negotio iuxtà *Text. in cap.4. de Test.*; Concurrit tertio loco Medicus Curæ, vndè probatio non potest magis clara, & firma excogitari. Febres synocha, atque ephimera protracta exclusæ remanent, ex quo non assignantur causæ extrinsecæ, à quibus produci solent, & econtrà verificantur in vtroque Iugali symptomata febrium tertianarum, ac putridarum. Instantaneitas concurrit in vtroque Iugali, quamuis ægritudo diuersis temporibus vtrumque intercæperit. Accedit ad complementum Miraculi virium recuperatio adeò solida, ac stabilis, vt potuerit eadem die sanationis Fabianus solis ardentis æstum perferre in campo absque vllo præiudicio recuperatæ sanitatis, eiusque Vxor ministeria domestica peragere.

Quarè &c.

Thomas Montecatinius Aduocatus.

REVISA.

Ioannes Zuccherinus Subpromotor Fidei.

SUMMARIUM ADDITIONALE.

Septem Testes de auditu ab ipsa sanata, de publica voce, & fama super Restitutione visus Hieronymæ de Rattis.

X. TESTIS Domina Magdalena Terzaga *iuxtà.21. fol.541.ter.* sento anche dir comunemente, che anco di fresco sono succeduti altri Miracoli, e Grazie ad intercessione di detta Serua di Dio, e qualcheduno ne ho anche sentito raccontare in specie, come d'vna Donna, la quale non sò come si chiami, che auendo vna Corona di detta Serua di Dio toccatisi con la medesima gli occhi ricuperasse la vista, mà non mi ricordo nè di questo, nè d'altri le particolarità precise.

XXVI. Testis Soror Reginalda Maria Mazziotta super centesimo nonagesimo primo *fol. 1084. in fin.* Mi souuiene essermi stato raccontato dall' istessa Girolama Ratta il Miracolo, che si contiene in questo Articolo della sua ricuperazione della vista, e sanazione del male, e impedimento, che aueua negli occhi mediante l' applicazione di vna Corona, che era stata della Serua di Dio Suor Giacinta, e faceua grande esaggerazione di questo Miracolo, auendomi detto, che prima di applicarui detta Corona non ci vedeua per niente, e che andiede à pigliarla alla cassa à tastoni.

XLIV. Testis Soror Rosaura Hiacintha super centesimo nonagesimo Primo *fol. 1552.* Hò memoria di auer sentito far menzione di questo Miracolo succeduto, come si dice, in persona di Girolimà Ratta d' auer questa ricuperata la vista con vna Corona della Serua di Dio Suor Giacinta, mà io non sono informata delle circostanze precise di questo Miracolo.

XXII. Testis Soror Maria Francisca Gargana super centesimo nonagesimo primo *fol. 1679. tergo* Hò sentito dir comunemente quà dalle Monache essere stata restituita la luce agli occhi d' vna Donna con essersi toccata con vna Corona della Serua di Dio Suor Giacinta, mà io non sapeuo chi fosse questa Donna, che ora sento nominare la

que-

questo articolo per Girolama Ratta, mà però non sò altre circostanze di questo fatto.

LV. Testis Soror Anna Constantiã Viocchi super centesimo nonagesimo nono *fol. 2129. tergo*. Hò sentito raccontare da più Monache di quà dentro, la grazia speciale, che riceuè l'articolata Girolama Ratta della ricuperazione della vista à tutti e due gli occhi in vn subito con essersegli toccati con vna Corona, ch'era stata della Serua di Dio Suor Giacinta.

LII. Soror Maria Angèlica *Zacchariа* super centesimo nonagesimo primo *fol. 1996. in fin.* Hò inteso dire da Suor Giulia Margherita Scalzi, e da altre Religiose di questo Monastero, che l'articolata Girolama Ratta ricuperò la vista da tutti e due gli occhi, come si dice nell' articolo, mediante l'applicazione d' vna Corona, che fù della Serua di Dio Suor Giacinta, mà non sono informata delle circostanze precise di questo Miracolo.

XXIII. Testis Soror Maria Visita Guerrini super centesimo nonagesimo primo *fol. 971. tergo in fin.* Hò sentite far mentione del Miracolo contenuto in questo articolo della vista ricuperata da Girolama Ratti, mà io questa non la conosco, e non sono informata delle circostanze del detto Miracolo.

Ex Relatione Sacræ Rotæ in Causa S. Cajetani.

Octauum Miraculum.

Liberatio à Morbo Comitiali.

Num. 2.

Hæc Relatio reperitur penès R. P. D. Promotorem.

Vienna Mulca Vincentina Comitiali Morbo per annos duodecim miserandum in modum diuexata est, itaùt viginti quatuor horarum spatio ex eo caderet, singulisque vicibus per binas, ternasue horas, & quandoque diutius prostrata conflictaretur. Venit ad eam quadam die Religiosus quidam ex Ordine Theatinorum Vicentiæ commorans, qui cum illam non mediocriter ex prędicto morbo afflictam reperijsset, obtulit ei Imaginem B. Cajetani exhortans, vt se Sancto huic SeruoDei se commendaret. Vouitilla se quotidiè postquam è lectulo surrexisset, antequam aliud quid plam aggrederetur, Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam coram eiusdem Imagine recitaturam. Cumque votum hoc emitteret, semel iam ea die ex morbo ceciderat, mirandum dictu; votum illicò secuta est salus, atque à tàm atroci morbo libera Mulier permansit. *Accidit*, *vt post*

§. 1. Quædam Mulier morbo Comitiali vexata intercessione S. Caietani; liberatur.

post duos menses quadam die votum illa per obliuionem non persolueret, ad fuit sine mora negligentiæ correttor morbus, quo, vt ante votum consueuerat est correpta, illa tam insigni monitione emẽdata statim, vt à primo morbi processu deferbuit, voto satisfecit, iterumque à morbo remansit libera, *donèc post quatuor menses rursum voti oblita idem persoluere neglexit, statimque præfatus eam morbus inuasit*, sub cuius initium filia eius, quæ tunc aderat, Orationem Dominicam, Salutationemque Angelicam coram Caietani Imagine piè pro Matre recitauit, illamque, vt potuit, Beato commendauit, statimque ad sanitatem Mulier redijt abrupta vlteriore afflictionis duratione, deindè ipsamet voto suo sine dilatione satisfecit, neque vnquam posteà illius est oblita, & iugiter à morbo permansit libera, in qua solida, firmaque sanitate perdurauit.

§. 2. Relabitur in eundem morbum, quia votum non adimpleuit.

§. 3. Secundò eodem morbo corripitur pariter ob negligentiam in adimplendo votum.

Concordant in hoc facto quatuor Testes, ipsamet Vienna *super art.* 18. *in Processu Vicentino fol.* 169. Angela filia dictæ Viennæ Testis 3. *fol.* 177. Marcus Antonius eiusdem Viennæ filius Testis 5. *fol.* 184., & P. Petrus Campana Clericus Regularis Testis 9. *fol.* 234.

§. 4. Super hoc Miraculo deponunt tres Testes consanguinei, & alter extraneus.

Quod sanatio sit adscribenda Miraculo, persuadet, & euincit diuturna duodecim annorum infirmitas, senectus mulieris, morbi curatio ex Hyppocrate *sect.* 2. *aphorism.* 42. vbi quod impossibile est fortem supra morbum soluere *Comment. ad Rasim. lib.* 9. *cap.* 9. Paulus Aegineta *lib.* 3. *cap.* 18. vbi quod nunquam, aut rarò sanatur, concurrit recidiua, ex quo votum non impleuerat, ægritudo, & rem ponit ob oculos instantanea liberatio semel, & bis post emissum, & adimpletum votum obtenta ex citatis in quarto Miraculo.

REVISA

Ioannes Zuccherinius Subpromotor Fidei.

Jo. Zucch. Subp. fidei

[illegible]

SACRA RITVVM

CONGREGATIONE

Emo, & Rmo D. Card.

DE ABDVA

Sacrorum Rituum Congregationis Præfecto

Viterbien.

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVÆ DEI

SOR. HIACYNTHÆ DE MARESCOTTIS

Monialis Professæ in Monasterio, S. Bernardini Viterbij Ordinis Sanctæ Claræ.


SVPER DVBIO

De Miraculis.





ROMÆ, Typis Rev. Cameræ Apostolicæ 1717.
Superiorum permissu.



VITERBIEN.

Beatificationis, & Canonizationis

VEN: SERVÆ DEI

HYACINTHÆ DE MARESCOTTIS.

POSTREMÆ ANIMADVERSIONES
R. P. D. Fidei Promotoris.

SVPER SEXTO ASSERTO MIRACVLO

Sanationis, & liberationis Sororis Virginiæ Pedante Monialis Conuersæ in Monasterio Sancti Bernardini Viterbij ab Epilepsia.

Beatissime Pater.



1 ABITA fuit Congregatio, quæ dicitur Præparatoria in Causa Seruæ Dei Hyacinthæ de Marescottis, super Dubio Miraculorum, feria tertia die 16. Martij 1717., & quià in Examine Sexti asserti Miraculi ponderatum fuit in meis præcedentibus Animaduersionibus, quod licèt sanatio contigisset Anno 1709., & Processus confectus fuisset post decem, & octo Menses, in quorum decursu iudicialitèr constabat Monialem semper sanam fuisse, nihilominùs dari poterat Casus, vt inter tempus absoluti Processus, & tempus, quo inSacra Congregatione examinatur, an sanatio sit, necnè inter Miracula adscribenda, Monialis iterùm morbo Epileptico fuisset affecta.

2 Nonnulli ex Dominis Consultoribus maximoperè expedire iudicarunt, vt vlteriores fierent diligentiæ super continuatione Sanitatis: Soror enim Virginia adhuc est in humanis, & Ciuitas Viterbij paucis distat ab Vrbe milliarijs; Communi quippè calculo existimatum fuit nullatenùs suffragari pro adstruenda continuatione Sanitatis, attestationes ipsius Sororis Virginiæ exaratam die 21. Octobris 1714., & confirmatam tàm ab Abbatissa, quàm à Vicaria Monasterij, vtpotè factas ad perpetuam, & sic repro-

ba-

batas in Decretis Generalibus Vrbani Octaui *pagin.57.*, & in Decretis nouissimis Innocentij XI. §.9.

3 Articulus hic pertinens ad probationem Continuationis Sanitatis examinandus erat in Congregatione ordinaria, quo circà pro dilucidatione materiæ exarato à me discursu, & ad vnumquemque ex Dominis Cardinalibus transmisso, fuerunt ipsi in sensu, quod id non erat coadiuuare probationes, quod à Decreto Alexandri Septimi in hisce Causis vetitum est, vti videri potest apud *Mattam de Canonizatione Sanctorum part.5. cap.3. pagin.471.* Coadiuuatio quippè probationum, vtpotè percutiens articulata, & præterita, applicari nequit continuationi Sanitatis post absolutum Processum, quæ non fuit articulata, & quæ non intèr præterita, sed inter futura erat reponenda.

4 Adeòque expeditis die 27. Aprilis Anni 1717. Literis Remissorialibus pro construendo Processu in Ciuitate Viterbij super continuatione Sanitatis Sororis Virginiæ, eodemque compilato, & ad Vrbem transmisso, fuit disputata de more eius validitas, eademque fuit approbata die septima Augusti Anni 1717.; Cumque ad me pertineat inquirere, an ex hoc nouo Processu aliquid resultet aduersus assertam continuationem Sanitatis, hinc est, quod sequentem propono Animaduersionem.

5 Soror ipsa Virginia interrogata super 12., cum qua cæteri paritèr Testes super 12. concordant, hæc habet = *Dal giorno del detto mio Esame fino al presente, Io non hò auuto alcun male à riserua d'vn termine di Febre, che mi soprauenne due Anni sono in circa, che del Mese preciso non me ne ricordo, mà mi pare, che fosse per l'Ottaua del Corpus Domini, e questa Febre mi fù cagionata da vn gran disturbo, che ebbi nel vedere vn piccolo Ragazzo condotto alle grate del Parlatorio, il qual Ragazzo aueua la Testa, e Capo piena di vermi, quale da me veduto, subitamente mi sentij tutta abbandonata, ed immediatamente incominciai à vomitare, auendo quella vista così schifosa trauagliato fuor di modo lo Stomaco, e per Consiglio di queste Monache me ne andiedi à letto, senz'esserci condotta da alcuna, e chiamato il Medico d'ordine mio, e quello venuto, e sentito l'origine di questo mio male, ordinò che mi fosse dato vn brodo con i taglielini per fermarmi il vomito, e ciò non ostante continuai tutta la notte collo Stomaco così turbato, vomitando spesse volte, e la mattina ritornato il Medico, e conoscendo, che anche mi continuaua la Febre, che il giorno auanti mi aueua trouata, ordinò, che mi fossero attaccati quattro vessicanti, che mi furono attaccati subito, e doppo, che fui communicata, essendo in parte cessato il Vomito; Detta Febre mi durò due giorni senza, che mi si rinouasse, e mi sarei alzata da letto, se non fossi stata obligata star nel medesimo per altri cinque, à sei giorni à causa di guarirmi dai Vessicanti, e di più mi furono posti doppo attaccati i Vessicanti, due Piccioni alli piedi, e poi vn'ora doppo essendo ritornato il Medico mi fece porre altri due Pollastri, e detta ordinatione fù fatta tutta nel medesimo giorno.*

6 Et interrogata, àn occasione dictæ Febris amiserit sensus externos, vel saltèm internos, respondit. *Io sempre tanto nel principio, mezzo, e fine di detto male, stiedi sempre con tutti li miei Sentimenti, e cognitione totale, cognoscendo benissimo la Causa di detto mio male, che non proueniua da altro, se non che dal disturbo*

ho cagionatomi dall'auer veduto, come sopra hò detto, la Testa ò Capo di detto Ragazzo piena di Vermi, anzi mi marauigliauo, che il Medico mi ordinasse detti Vessicanti, Piccioni, e Pollastri alli piedi come sopra, maggiormente marauigliandomi in vedere il Confessore, mentre Io stauo in tutti i miei sentimenti, e mi riconosceuo non essere in stato pericoloso. Oltre detto male non hò patito altro, se non che qualche flussione de denti, e delle cose da me sopra espresse, ne è puplica voce, e fama non solo in questo Monastero, ma suppongo anche in questa Città.

7 In hoc autèm rerum themate, nemo est, qui non videat exclusam remanere continuationem Sanitatis dictæ Sororis Virginiæ Pedante.

8 Haud vrgente, quòd Continuatio Sanitatis sàtis probata est, in eo, quod attinet ad Epilepsiam, quandoquidèm morbus, de quo Soror Virginia testatur, non potuit esse morbus leuis, & accidentalis, vt ipsa refert; sed potiùs debuit esse morbus grauis, & substantialis, vti desumitur ex medicaminibus paruo temporis spatio applicatis.

9 Hic ergò morbus potuit esse initium Epilepsiæ, quam Medici dicunt *per consensum*, aut Epilepsiæ *à partibus externis*, in quibus Epilepsiæ speciebus, Cura vt intercludantur Viæ, per quas aura maligna ad Cerebrum fertur, & cucurbitulæ Scarificatæ, (quemadmodùm factum fuit in Casu præsenti) à Medicis, iuxtà artis peritiam, adhiberi consueuerunt, iuxtà latè tradita per *Sennertum Tom.2. Operum lib.1. part.2. cap.31. pagin.231., & pagin.233.*; si morbus potuit esse initium Epilepsiæ, nunquàm dici valet probatam esse in Sorore Virginia continuationem Sanitatis in eo, quod attinet ad Epilepsiam.

Atque hæc dicta sint sub Censura saluo semper &c.

Prosper de Lambertinis Fidei Promotor.

VITERBIEN.

Beatificationis, & Canonizationis VEN. ANCILLÆ DEI SORORIS

HIACYNTHÆ DE MARESCOTTIS

Monialis Professæ in Monasterio S. Bernardini Viterbij Ordinis Sanctæ Claræ, seù Tertij Ordinis

SVPER DVBIO

An, & de quibus Miraculis constet in casu &c., & ad effectum &c.

RESTRICTVS TRIVM MIRACVLORVM, Nempè Secundi, Quinti, & Sexti, cum Responsione ad unicam, & postremam Animadversionem R.P.D. Promotoris super sexto Miraculo.

STATVS CAVSÆ

Beatissime Pater.



1 POSTQVAM die 30. Januarij Anni 1715. præuio clementissimo Sanctitatis Vestræ oraculo in Causa Venerabilis Seruæ Dei HIACYNTHÆ DE MARESCOTTIS promulgatum fuit Decretum : Constare de Virtutibus tam Theologalibus, scilicèt Fide, Spe, & Charitate, quàm Cardinalibus, nimirùm Prudentiâ, Justitiâ, Fortitudine, & Temperantiâ, earumque respectiuè annexis in gradu heroico, Postulatores sex attulerunt Miracula ad intercessionem Seruæ Dei patrata, quæ cum Consultationibus bonæ memoriæ Manfredi, Animaduersionibus R.P.D. Promotoris, & Responsionibus ad easdem Animaduersiones impressa fuerunt in

Ma-

Magna Poſitione Anno 1715.; Et quoniam Dominus Lanciſius Archiater à ſecretis Sanctitatis Veſtræ pro veritate requiſitus à Domino Cardinali Ponente, vt ſuper ijſdem ſuam ſententiam redderet, in ſuis Votis tria tantùm ex dictis ſex Miraculis approbauit, nempè Secundum, Quintum, & Sextum, ijdem Poſtulatores ad alia Tria rejecta poſt dicta Vota vindicias ſubdiderunt, prout in Libello impreſſo Anno 1716.

2 Rebus ita diſpoſitis, habita fuit Congregatio Antipræparatoria die 25. Auguſti Anni 1716. in Ædibus Reuerendiſſimi Domini Cardinalis de Abdua Præfecti Sacræ Congregationis, & Ponentis in hac Cauſa: In ea Domini Conſultores inhæſerunt præcipuè in examine trium Miraculorum à Domino Lanciſio approbatorum; & cum ſuper his nonnullas difficultates excitauerint, eaſdem nouis Animaduerſionibus R. P. D. Promotor reſtrinxit, quibus paritèr facere ſatis curarunt Poſtulatores in altero Libello currentis Anni 1717., in quo rursùs inſteterunt pro vindicandis tribus Miraculis rejectis.

3 Succeſſiuè in Ædibus Quirinalibus ſub die 16. Martij 1717. Congregatio Præparatoria dicta ſex Miracula ad trutinam reuocauit; & cùm nonnulli ex Dominis Conſultoribus ſuper Sexto Miraculo de Sanatione inſtantanea Sororis Virginiæ Pedante ab Epilepſia optauerint, (etiamſi plenè conſtaret de perfecta ſanitate per annum cum dimidio) ad maiorem Miraculi fulgorem expedire, vt vlteriores probationes reciperentur ſuper continuata Sanitate dictæ Monialis vſque ad præſens tempus, R. P. D. Promotor pro ſuo officio rem in ſcriptis examinandam propoſuit in Congregatione Ordinaria ſub die 17. Aprilis præſentis Anni 1717., & Sacra Congregatio reſcribendum duxit pro noua expeditione Literarum Remiſſorialium ad habendas vlteriores probationes ſuper continuata Sanitate dictæ Sororis Virginiæ Pedante, cui Reſcripto Sanctitas Veſtra benignè annuit die 24. eiuſdem menſis. Quarum Literarum vigore compilatus fuit nouus Proceſſus, eiuſque validitas approbata remanſit in Sacra Congregatione habitâ die ſeptimâ Auguſti currentis Anni. Quamobrem ordinatorijs ritè diſpoſitis, vnicè ſupereſt diſcuſſio coram Sanctitate Veſtrâ, ex qua ſperatur Reſcriptum fauorabile: Conſtare de Miraculis Venerabilis Seruæ Dei.

4 Vt faciliùs præſtantiſſimi Judices de prædictis ſex Miraculis decernere valeant, reaſſumere dignabuntur vltrà Poſitionem impreſſam Anno 1715. duos poſteriores Libellos Anno 1716., & 1717., in quibus præcipuè conati ſunt Poſtulatores ſuſtinere realitatem etiam trium Miraculorum à Domino Lanciſio rejectorum; & cùm nihil in contrarium oppoſitum fuerit rationibus in eiſdem cumulatis, meritò credimus, quod de ijſdem quoque habenda ſit ratio, quin argumenta iam adducta repetere cogamur. Quo verò ad alia Tria in dictis Votis approbata primò ſimplici narratione compilabuntur, quæ ex facto reſultant, neglectis quibuſdam leuioribus exceptionibus in enunciatis ſuperiùs ſive Magnâ Poſitione, ſive Libellis plenè eliminatis; deindè alijs argumentis fulcietur Releuantia dictorum Miraculorum, adductis præſertìm exemplis deſumptis ex Relationibus Sacræ Rotæ in alijs Cauſis, quorum collatione firmitas dictorum Miraculorum magis elucebit. Eliminabitur quoque vnica Animaduerſio R.P.D. Promotoris excitata ex Proceſſu recenter conſtructo aduersùs Sextum Miraculum.

SECUNDUM MIRACULUM

Approbatum ab Illuſtriſſimo Lanciſio Inſtantaneæ reſtitutionis Viſus Hieronymæ de Rattis.



ITITVR probatio hujus Miraculi depoſitionibus quatuor Teſtium de viſu, & facto proprio
1 reſpectiuè *in Summario à pag. 5. vſque ad 23.*, necnon aliorum ſeptem Teſtium de auditu, vt in Reſponſionibus datis ad nouas Animaduerſiones in Libello impreſſo anno 1717. *Summario Additionali num. primo*. Aduersùs hanc plenam probationem nihil aliud obſtare videbatur, quàm Bernardinæ Rattæ varietas, vtpotè quæ in Proceſſu Informatiuo retulerat, quod Hieronyma eius Soror percuſſa in oculo ſiniſtro ictu virgulti, dum in propria Vinea ſepem ſtruit, facultatem viſiuam non totalitèr amiſerat, prout *in Summario Additionali in Poſit. Magn. pag. 31. in principio*, ibi = *Non ci vedea quaſi niente* = Cùm econtrà de totali amiſſione dictæ facultatis viſiuæ eadem Bernardina Ratta in Proceſſu Apoſtolico *pag. 10. §. 39.* depoſuerit = *Li ci venne vn gran dolore, di maniera che per quanto ella mi dicea, rimaſe priua da quell'occhio della viſta*.

2 Ad hoc obſtatiuum remouendum repetimus, quod diximus in Reſponſionibus datis in dicto Libello anno 1717. *pag. 5. & ſeqq.*, nempè, quod iſte Teſtis vti varius, & vnicus non eſſet attendendus. De perfecta enim cæcitate cum totali abolitione viſus depoſuit ipſamet Sanata, *Summario Magn. pag. 5. §. 6.* ibi = *Cinque anni ſono in circa ritrouandomi Io alla mia Vigna, e atturando un paſſo della fratta della medeſima Vigna, mi percoſſe l'occhio ſiniſtro vna verga di ſpine, ò ſtaprunazzo ſaluatico, e per quella percoſſa mi cadde nel medeſimo occhio vna fluſſione grande con dolore inſopportabile, per la quale rimaſi ſenza veder niente lume da dett'occhio ſiniſtro, facendone Io più volte l'eſperienza con ſerrarmi con vna mano l'occhio deſtro, e oſſeruare, ſe con quello ci poteuo vedere vn pochino, e mai ci potei vedere*. Ex quo experimento per ſemetipſam facto claudendo oculum dexterum, indubitanter reſultat probatio perfectæ cæcitatis. Concordat alter Teſtis, nempè filia Olympia, *Summario Magn. pag. 8. §. 25.* = *Ritrouandoſi la detta Girolama mia Madre con vn'occhio del tutto perduto, dal quale non ci vedea punto, ed erano già molti meſi, ſiccome non ci vedeſſe punto, Io lo sò* (en cauſa ſcientiæ, & ſecundùm experimentum eiuſdem cæcitatis) *perche lei ſi ſerraua con vna mano l'occhio buono, e ſtando aperto quel cattiuo, mi faceua fare de geſti con le mani auanti del medeſimo per far proua, ſe ci vedeua, e veramente non ci vedeua per niente*. Accedit tertius Teſtis Georgius Bentiuolus *pag. 12. §. 52.* *Eſſa Madonna Girolama era ſtata molti meſi ſenza vederci punto da vn'occhio, di che Io l'haueuo ſentita più volte lamentarſene*. Regulare

autem est, quod in omni negotio attendi debet, tanquam quid principale, depositio illius personæ, quæ de facto proprio testatur, & deindè si accedat alter Testis, plena habetur probatio per *Text. in cap.4. de Testib.*, ibi = *In omni negotio principali persona dicens veritatem rei sibi notæ rectissimè habenda est pro Teste, cui quidem adhibito vno, efficiuntur duo Testes* = In nostro autem casu tres Testes plenè consentientes dati sunt, & quod magis vrget, cum experimento dupliciter sumpto tam ab ipsamet Patiente, quàm ab eius filia, ex quo duplicato experimento cæcitas totalis extra controuersiam ponitur. Addimus insuper Testem inconstantem, & varium reducendum esse ad concordiam, prout communiter tenent omnes Canonistæ, atque Jurisperiti, etiamsi verba debeant impropriari. In controuerso themate verba, quæ faciunt difficultatem = *Non ci vedea quasi niente* = rectè intelligi possunt, ex quo amissa facultate visiua in vno oculo, diminuta erat in totum dicta facultas. Præterquamquod dictio = *quasi* = in Iure nostro non semel ad significandam etiam totalitatem recipitur, vt *in cap. Parrochianus de Decim.*, vbi *Gloss. in verb. quasi debitum*, ibidem Panormitanus *num. 2.*, Rota *part. 2. Recentior. decis. 672. num. primo*, *& cap. Prout de Dol.*, *& Contumac.*

3 De releuantia plenè constat, ex quo agitur de cæcitate inueterata in oculo sinistro vltrà sex menses, quæ cæcitas jam communicata erat in secundo accessu ad Vineam etiam ad oculum dexterum. Si quæritur causa huius totalis cæcitatis in vtroque oculo, desumenda est ex depositione ipsius Hieronymæ in Processu Informatiuo, *prout in Summario Additionali in Magn. Posit. pag.30. versus fin.* = *Sette, ò otto mesi sono mi vrtai con vna Bacchetta di macchia nell'Occhio manco in occasione, che atturaua vn passo della mia Vigna, per la qual percossa restai offesa talmente, che doppo suanito il tumore, e cessato il dolore, mi restò vn panno nel dett'Occhio, quale m'impedì affatto il vederci* = Ex quo pannò infert Dominus Lancisius in suo doctissimo Voto *pag.7.* morbum oculi ab opthalmia in suffusionem, seù albuginem pertransisse. Rationum momenta per eundem ponderata cùm autoritati Medicorum, & experientiæ nitantur, & procedant à Viro pro veritate scribente, recipi solent in Sacra Congregatione; & regulare est, quod Peritorum judicio standum sit per *Text. in cap. Prudentia de Offic. Delegat.*, Bartolus *in leg. 2. num. 10. Cod. de Iur. Fisc.*, Alexander *cons. 88. num. 32. lib. 5.*, Sperellus *decis. 178. num. 6.*, Pax Iordanus *vol. 3. lib. 14. tit. 22. num. 43.*, Pacionus *de Locat.*, *& Conduct. cap. 34. §. 5.*, Mascardus *de probat. conclus. 1169. num. 48.*, Gratianus *discept. 228. num. 25.*, Farinaccius *de Test. quæst. 70. n. 62.*, *& 63.*, Rota *decis. 343. n. 2. par. 17. Rec.*, De Luc. *de Iudic. disc. 4. n. 16.*

4 Ab hoc communi Doctorum placito non est recedendum, etiamsi eximius Peritus de facie non viderit Infirmam, quia vt benè distinguit Reyes *in Elys. Iucundar. Quæstion. Camp. quæst. 10. sub num. 5.*, duplex est morborum conditio, alij acuti, alij chronici sunt, & diuturni: in primis propter mutationes brevi tempore succedentes Medicorum præsentiam censet necessariam, in chronicis verò aliter statuit; *In istis enim*, inquit, *non est dubium, quin absens Medicus certius de morbo, omnique illius euentu informationem accipere possit, & consilio ægrotantem multùm iuuare, cum eodem modo frequentiùs procedant, & conditionem, modumque, quo anteà consistere visi sunt, vel paucis mutatis, inua-*

inuadendi, & recedendi naturam seruent eandem; propterea in tot doctissimorum Scriptorum libris, qui consilia, & epistolas scripserunt, de chronicis præcipuè egisse aduertere est = Non est hæsitandum in applicatione; nam versari in morbo chronico, nempè protracto vltrà sex menses, controuerti non potest; ex quo rectè deducitur, standum esse judicio peritissimi Archiatri, qui expensis circumstantijs ex actis deductis, seriò pronunciavit, morbum Hieronymæ fuisse suffusionem, vel albuginem.

5 Sed ponamus etiam per malam hypothesim, nos versari in casu dubio, an suffusio, vel albugo superuenerit opthalmiæ, vel morbus remanserit in simplici statu opthalmiæ, nihilominùs releuantia Miraculi controuerti non potest, ex quo sanatio contigit in instanti ad simplicem, & nudam fricationem oculorum cùm corolla, quæ olìm fuerat Venerabilis Hiacynthæ, & fiduciam, ac preces per Hieronymam directas ad dictam Seruam Dei. Quandoquidem etiam in terminis simplicis opthalmiæ pluriès Rota in suis Relationibus pro Miraculo sententiam tulit, vt constat ex exemplis in præsenti Summario Additionali congestis. Quanti autem ponderis sint huiusmodi exempla, aduertit Castellinus *de Inquisit. Miracul. in Sanct. Martyr. Canonizat. cap.3. par.2. pag.332. num.36.*, ibi = *Denique veritas explicata, & modo prædicto corroborata, quæ continetur in prædictis Relationibus magna diligentia editis, nunquam legitur, quod fuerit infirmata, sed approbata, & illa duce processum sit ferè semper, ne dicam veriùs, simplicitèr, & semper ad actum Canonizationis, seruatis tamen omnibus, & singulis, quæ in huiusmodi negotio maximi ponderis de iure, vel consuetudine copiosè seruari solent*. Nos tamen non acquiescentes autoritati Castellini in exemplis cumulatis realitatem approbationis per Sacram Congregationem comprobamus ex Diplomatibus Canonizationum, atque ex Actis illarum: Facta autem collatione dictorum Miraculorum cùm illo nostræ Hieronymæ, huius liberatio omnibus alijs superior reperietur.

6 Siquidem circà primum desumptum ex Relatione Canonizationis Sancti Ignatij dubitari potest de instantaneitate sanationis, quandoque in facti narratione, *prout in Summario Num. primo* §. *primo* asseritur, *quod intrà tres, vel quatuor dies sanatus est, quasi nunquam ægrotasset*. Circà secundum ex relatione Canonizationis Sancti Ioannis Dei eadem obseruatio recurrit, nam factum, vt *dicto num. primo* §.2. concluditur per hæc verba = *Die sequenti Puella se visum recuperasse significans plura proprijs nuncupata nominibus in restitutæ lucis Testimonium designauit*. Neque omitti debet, probationem huius Miraculi à tribus Fæminis pendere, proùt recognosci potest *in* §. *Hoc factum*. Circà tertium ex Relatione Canonizationis Sancti Thomæ de Villanoua dubitari item contingit de eadem instantaneitate, nam in facto narratur, *prout in Summario dicto Num. primo* §.3., *quod in sequenti die duabus ante meridiem horis repentè è cubiculo cum gaudio ad Matrem recurrit Puella apertis, claris, atque integris sanatis oculis*. Circa quartum ex Relatione Canonizationis Beati Iuliani à Sancto Augustino crescit ratio dubitandi de instantaneitate sanationis. Exponitur siquidem in facto, *prout dicto num. primo* §.4., *quod statìm ac Ægra fuit cum Rosario tacta à Seruo Dei, nubes quædam in oculo sinistro surrexit, quam & nunc habere dixit, & modicum cernit, sed alter oculus remansit valdè bonus, nec vlteriùs passa fuit do-*

lores. Certè in nostro casu recuperatio visus fuit totalis, & instantanea, & absque vllis prævijs medicamentis; vndè si, non obstante defectu instantaneitatis, Sacra Rota habuit pro Miraculis superiùs dictas sanationes ab opthalmia, & in facto eadem Miracula meruerunt approbari in Bullis Canonizationum, earumque actis, potiori iure declarari debet Miraculosa restitutio visus Hieronymæ Rattæ.

7 Ponamus secundò, Hieronymæ cæcitatem in oculo sinistro non fuisse totalem, prout prætenditur deduci ex Testimonio Bernardinæ in Processu ordinario, adhùc Miraculi vis controuerti non debet, si standum est exemplis Miraculorum approbatorum à Sacra Rota, & à Sede Apostolica in diplomatibus Canonizationum. In Relatione enim Canonizationis Sancti Ludouici Bertrandi deponit ipsemet sanatus, *prout in Summario præsenti Num.2. §.2., se parum, aut nihil vidisse, & tamen* eiusdem sanatio inter Miracula fuit recensita; imò (quod non contigit in casu nostro) intercessit magna crysis, *vt dicto Num.2. §. primo, nam cum Æger oraret ad Sepulcrum Sancti Ludouici, ingentem aquæ croceæ copiam emisit, quæ iugiter defluente visum paulatim recuperauit*. In Relatione Canonizationis Sancti Petri de Alcantara Cæcilia Velasquez oculorum morbo laborabat, sed non fuit totaliter cæca, vt ipsamet deponit *num.2. §.4.*, & tamen quia instantaneè perfectam visionem recuperauit, Miraculum non solùm ab Auditoribus Rotę, sed à Sac. Congregatione fuit approbatum, vt post Rotæ relationem *d. n.2.*

8 Reassumendo superiùs dicta, non subsistit, nos versari in simplici casu opthalmiæ, nam si seriò perpenditur vis ictus resilientis in oculo, vndè originem traxit cæcitas nostræ Hieronymæ, facilè percipietur transitus morbi ad suffusionem, seù albuginem, cui suffusioni validissimam coniecturam præstat præter pannum firmiter inhærentem dicto oculo, alterius oculi inflammatio post sex menses subsecuta cum totali visus amissione; ex ea enim deprehenditur, quod suffusio vnius oculi ad alium permeabat, prout monet Zacchias *in Quæstion. Medico leg. tom. primo lib.8. tit. primo pag.596.*, hoc esse proprium suffusionis, quæ ab vno oculo tractu temporis ad alterum communicatur, ideoque sapiens Philosophus consulit his, qui in vno oculo suffusione laborant, non esse concedendam dispensationem ad Ordines propter moralem certitudinem, quod spatio temporis morbus ad alterum oculum communicetur, ibi = *Sed quia nunquam fit, vt vno oculo cataracta affecto non afficiatur etiam alter ob maximam vtriusque communionem, quo perfuso homo perfectè cæcus euadit, quandocunque ergo suffusio in vno oculo incipiat, videtur ob periculi certitudinem, nempè ventura suffusionis in oculo sano, suffusus in vno tantùm oculo repellendus est à promotione*.

9 Minusque impugnari potest totalis cæcitas, quæ saltem innegabilis fuit, postquam secunda vice vineam Hieronyma repetijt. Quin obstet breuitas temporis, quo dicta totalis cæcitas durauit, quia semper erit verum, recuperationem plenariam visus euenisse nulla præcedente causa physica, sine aliqua crysi, atque alia ope medica, & quod ostendit vim diuinam, contigit in instanti, & non paulatim, prout in cæco, de quo apud *Marc.8.*, qui priùs vidit homines sicut arbores ambulantes, & deindè plenariæ visioni fuit restitutus; vlteriùs recuperatio visus in nostra Sanata fuit firma, & stabilis, nam in posterum

rum morbo oculorum nunquam laborauit. Concludendum igitur est ex his circumstantijs, controuersam sanationem vnicè tribuendam esse intercessioni Ven. Hiacynthæ, cuius precibus se commendauit misera Mulier,& omnem fiduciam in eiusdem corollæ confricatione super oculis reposuit.

10 Cæterùm momentum Miraculi principalitèr nititur in liberatione ab inueterata oculi sinistri suffusione, albugine, vel saltem opthalmia. Quamobrem omnibus pensatis, recogitent præstantissimi Iudices, restitutionem visus nostræ Hieronymæ excedere non solùm in accidentalibus, sed in substantialibus exempla sanationum à Sacra Rota, & Sede Apostolica approbatarum, & cum religiosè soleant ipsi cauere à nouitatibus, decernant, an dubitare de hoc Miraculo sit insistere, vel recedere à praxi aliàs seruata in harum Causarum discussione.

Quare &c.

SUMMARIUM ADDITIONALE

Ad ſecundum Miraculum.

Num. 1. *Nonnulla Miracula opthalmiæ approbata à Sac. Rota in diuerſis Relationibus manuſcriptis, in quibus deficit inſtantaneitas ſanationis.*

Ex Relatione Canonizationis S. Ignatij.

OCTAVUM MIRACULUM

Bartholomæus Conteſti Chyrurgus optalmiæ morbo, & acerrimis capitis doloribus liberatur.

1. IN eadem Ciuitate Maioricæ anno 1597. Bartholomæo Conteſti Chyrurgo annorum 62. tàm acerrimis, ac diuturnis capitis doloribus oppreſſo, vt præ nimio dolore ſæpiùs ad terram allideretur, ſuperuenit in vno oculorum adeò grauis ophtalmiæ morbus, ideſt oculorum inflammatio, vt & alterum etiam oculum per quendam quaſi conſenſum diuexaret, & efficeret, vt ne tenuiſſimum quidem lucis radium ſuſtinere, nec manducare, nec quieſcere poſſet, ob idque in tenebroſo cubiculo conſtitutus indè non egrediebatur, & ſi quid cibi ſumere cogebatur, per alterius manus ſumere debebat. Humana remedia fuerunt adhibita plurima, & multiplicia, ſed omnia incaſſum, morbo ſemper in deterius ruente, & eò tandem deuentum eſt, vt Bartholomæus præ nimio dolore non dubitaret affirmare futurum, vt ſi viueret quidam Paſtor Chirurgus ſibi oculum erui, & radicitùs extirpari juberet. In hoc ſtatu conſtitutus auditis Miraculis, quæ Deus interceſſione dicti Beati Patris operabatur, magnâ ſpe concepta, & erga dictum Beatum Patrem eximia Religione incenſus, obtinuit ad ſe deferri illius Reliquiam, nempe nomen ipſius Beati Patris, quod in calce literarum ſua manu ſcribere ſolebat, & in illomet puncto, quo fuit dicta Reliquia ad eum allata, benè ſe habuit, dolor capitis, & oculorum ceſſauit, viſum recuperauit, & lucis ſplendorem, quem anteà adeò auerſabatur, ſine vlla offenſione ſuſtinuit, ſurrexit è lecto, & cibum petens comedit, & quieuit cum magno voluptatis ſenſu, atque vt intelligeretur, tàm ſubitam curationem diuinæ virtuti, & interceſſioni dicti Beati Patris tribuendam eſſe, bis, terue Sacra Reliquia è cubiculo dicti Ægroti aſportata, illicò dolor priùs ſublatus

blatus redijt, eademque in cubiculum reportata, illicò morbus discessit, quo facto admonitus Bartholomæus Sacram Reliquiam apud se retinuit, *& ita intrà tres, vel quatuor dies perfectè sanatus est, quasi nunquam ægrotasset.*

§. 1. Perfecta sanitas ad quatuor dies dilata fuit.

Factum istud sic vt suprà narratum probatum comperimus ex depositione sex Testium, videlicèt ipsius Bartholomæi, in cuius persona Miraculum contigit XIV. Testis informatiui examinati Minoricæ per Officialem Maioricen. ex commissione supradicti Nuntij Apostolici *super 13. art.*, & Bartholomæi Contesti Filij dicti Bartholomæi 76. Testis Remissorialis, & Margaritæ Lopez Vxoris relictæ dicti Bartholomæi Senioris 77. Testis Remissorialis iuxtà 18. Interrogatorium, & Catharinæ Campaner Filiæ dicti Bartholomæi Senioris 15. Testis informatiui examinatorum Maioricæ per supradictum Officialem, qui cum mortui essent, repeti non potuerunt, & omnes ex certa scientia deponunt, sicut etiam Sebastianus Bena iam Artium, & Medicinæ Doctor nonus Testis informatiuus examinatus Maioricæ, vt alij.

Curationem istam Miraculo adscribendam censuimus, primò ex qualitate morbi, erant enim dolores acerrimi, & inueterati, ac adeò illis cruciabatur, vt eligeret potiùs sustinere dolorem erutionis oculi magis quàm dolores, quos cum illo patiebatur. Et cum ex plurimis medicamentis ex arte adhibitis, quibus leuari debuerat, leuamen non recepisset, imò in peius semper ruisset, necessariò dicendum est, morbum huiusmodi perniciem portendere, & curari non potuisse ex *Galeno 2. aphor. tex. tom. 1.*

Secundò ex instantanea operatione; nam statim, ac Reliquia ad Infirmum allata fuit, & super oculos ipsius apposita, benè se habuit, cessanit dolor, redijt visus, splendorem lucis sustinuit, surrexit è lecto, suis manibus comedit, & dormiuit cùm magno voluptatis sensu; idque eò magis considerata supradicta circumstantia, quod ter, aut quater vis morbi cessanit, dum adesset Reliquia, totidem vicibus recruduit, quando Reliquia è cubiculo efferebatur.

Quæ cum nullam cum causis naturalibus dependentiam, aut communicationem habere possint, & vires, & facultates naturæ superent, negari non potest, quin Miraculo tribui debeant, præsertim quòd ità perfectè sanatus est, ac si nunquam ægrotasset tali morbo.

His omnibus accedunt aliæ circumstantiæ in alijs Canonizationibus consideratæ, nempè concepta deuotio ipsius Bartholomæi ergà B. Patrem, illiusque desiderium, & fides, ac opinio omnium supradictorum, qui dictam curationem pro insigni Miraculo habuerunt.

Ex Bulla Canonizationis *Bullar. Magn. tom. 4. pag. 14.* §. 40. Bartholomæus Contesti Chirurgus adeò acerbis, & diuturnis capitis doloribus opprimebatur, vt præ nimio dolore sæpè ad terram allideretur, accessit in oculorum altero tàm grauis inflammatio, vt alterum etiam diuexaret, itaut ne tenuissimum quidèm lucis radium perferre, aut aliquantulum quiescere posset: ob idque in tenebroso conditus cubiculo, inde non egrediebatur, & eò deuentum est, vt ex intolerando dolore non dubitaret affirmare, quod si quidam Chirurgus iam defunctus in humanis ageret, oculum sibi erui iussurus esset. Religione demùm eximia erga Beatum istum incensus, illius Reliquiam ad se afferri iussit, & in puncto, quo fuit illa

de-

delata, benè se habuit, capitis, & oculorum cessauit dolor, visum recuperauit, & lucis splendorem sine vlla offensione sustinuit, vtque intelligeretur, subitam curationem diuinæ virtuti, atque intercessioni Beati Ignatij tribuendam esse bis, terue Sacra Reliquia è cubiculo exportata, dolor redijt, eaque in cubiculum reducta, illicò morbus discessit, quo facto admonitus Bartholomæus Sacram Reliquiam pœnès se retinuit, atque ita intrà tres, vel quatuor dies ità perfectè sanatus est, quasi numquam ægrotasset.

Ex Relatione Canonizationis S. Ioannis Dei.

QVARTVM MIRACVLVM

POST MORTEM.

Oculorum Infirmitatem sanat.

II. SAuina Baptista Puella annorum quatuor in eam incidit infirmitatem, vt profluentium humorum concursu tumefactos, atquè obumbratos oculos non posset aperire, & cum admotis quibusdam medicamentis tumor subsedisset, oculique essent aperti, adhuc tamen illorum lumine adeò impedita remansit, vt duorum mensium spatio nihil penitùs videret. Cum verò ipsius Mater ad Valetudinarium Ioannis Dei accessisset, vt Chirurgum pro salute filiæ consuleret, à pia quadam Muliere Valetudinarij Ministra commonefacta, vt potiùs ad auxilium, opemque Serui Dei confugeret, se ad Ecclesiam contulit, ibique effusis lacrimis, Rosarioque recitato, ac deuotione quam maxima Ioannis intercessioni filiam commendans pollicita est, eandem ipsius Serui Dei habitum assumpturam. *Die sequenti Puella se visum recuperasse significans plura propriis nuncupata* nominibus *in restitutæ lucis testimonium designauit.*

§. 2. [i]e sequenti ab In[t]ercessione Ioannis [De]i visum recupe-

Hoc factum, prout superiùs narratur, concludenter probant de certa scientia in Processu Granaten. Maria de Zamorra Mater Puellæ super 2. *fol.* 419. Thomasia Faxardo amita Puellæ habitans in eadem Domo super 10. *fol.* 294. Ioanna de Assero Valetudinarij Ministra, quæ suasit, vt ad intercessionem Ioannis Dei Mater confugeret super eodem 10. *Interr. fol* 318.

Hanc verò oculorum illuminationem adscribendam esse Miraculo censuimus, attentâ tum qualitate Infirmitatis, quæ visum Puellæ obtenebrarat, itaut iam per duos menses nihil videret, vt ijdem Testes deponunt; tum etiam instantanea visus recuperatione, quæ, nullo maximè adhibito medicamento, cum excedat vires naturæ sensim, & per successiuas alterationes solùm operantis, Miraculum arguit, *Archid. in Cap. Nec mirum num.6.*, *&* 8., & ibidem, *Bellam. num.5. 26. quæst.5.*, & quod emanauerit ad intercessionem Serui Dei Ioannis, sufficienter comprobant ad ipsum pre-

preces effusæ, & præcedentis voti nuncupatio, vt iam in alijs deduximus.

Ex Bulla Canonizationis inserta in Libro Vitæ S. Ioannis Dei scriptæ per Fratrem Marcum Aurelium Scodaniglium, & impressæ Panormi Anno 1706. pag. 312. Sauina Baptista quatuor annorum Puella oculorum è nimio maligni humoris illapsu vsum planè perdiderat: Hæc, cum primùm eius Genitrix illam, si ad pristinum visum restitueretur, Religiosis Beati Ioannis insignibus induere spopondit, statim oculorum vsum omninò sanum recuperauit.

Ex Relatione S. Thomæ à Villanoua penès Contilorum pag. 684.

Sanatio Opthalmiæ.

III. MArcella Filia Antonij Matthæi di Lizania, & Marcellæ Escolanæ coniugum incolarum Ciuitatis Valentiæ, tertium ætatis annum agens, morbo quodam, sine distillatione in pectore per duorum fermè, vel trium mensium spatium grauiter vexata fuit, adeòut sanguinem per os proijceret, neque cibum retinere valens, cum tussiendo cum sanguine euomeret, quæ distillatio ad caput, & oculos postmodum translata fuit, tàm vehementer eam afficiens, vt neque lumen aspicere, neque oculos aperire vllatenùs sustineret, quo pacto cum per annum integrum laborasset, nec humana remedia prodessent, & à pluribus mensibus nullum omninò fuisset adhibitum; Mater eius audiens gloriosa Miracula, quæ ad intercessionem Serui sui Thomæ quotidiè diuina potentia facere dignabatur, ad Ecclesiam Beatæ Mariæ succursus cum Puella perrexit, visoque, vt ea Venerabilis Viri Sepulchrum manibus contingeret, magna viuaque fide instructa, vt sanitatem Puellæ impetraret, à Thoma postulauit, dataque eleemosyna pro Missa postridiè celebranda domum se recepit, *in sequenti verò die duabus ante meridiem horis repentè è cubiculo* ad Matrem cum gaudio cucurrit puella, apertis, claris, atque integris sanatis oculis, ac si nullo vnquam ex illis morbo laborasset, neque postmodum in eis impedimentum, vel molestiam sensit.

§. 3. S. Thomas visum Cæcæ restituit die sequenti postquam fuit inuocatus,

Hæc probantur ex depositione super triginta quatuor in Processu Valentino Marcellæ Escolanæ Matris Infantis 284. Testis *fol.* 893. Antonij Matthæi Lizani Patris eiusdem Infantis 287. Testis *fol.* 889. Ioannis Baptistæ Daqui 288. Testis *fol.* 900. Annæ Mariæ Sancho 289. Testis *fol.* 992. Magdalenæ Beltran. 285. Testis *fol.* 895. Fratris Gasparis Mir Ordinis Sancti Augustini 332. Testis *fol.* 979. in quibus euidens narrari Miraculum dubitari non potest, cum statim humanis artibus sanari infirmitas hæc minimè poterit, maximè cum per annum ophtalmia laborauit, quàm esse difficilis curationis docet Sauanarola *in prax. tract. 6. rub. 2.*

Ex Bulla Canonizationis *Bullar. Magn. tom. 6. pag. 276. sub* §. 24. Marcella de Lizania tertium annum agens trimestri morbo distillationis in pectore affecta, vehementi, & assidua tussi ità afflicta, vt erumpente è pectore sanguine cibum sumere, aut sumptum

retinere non posset, distillatione etiam ad eius oculos descendente, remedijs omnibus ad eius curam adhibitis, spe ad salutem pristinam redeundi prorsùs destitura, ad Sepulcrum Thomæ delata, postera die, hora qua Sacrum pro eius sanitate celebrabatur, sanata est, & de cubili surgens ad Matrem incolumis, quasi nunquam passa fuisset opthalmiæ morbum, clarissimis oculis festina contendit.

Ex Relatione Beati Iuliani à S. Augustino.

CAPVT XIV.

De sanatione infirmitatis oculorum.

IV. MAria Garzia naturalis Oppidi de los Barrios ætatis annorum 28. adeò oculorum infirmitate laborabat propter continuam effluxionem aquæ ab oculis labentem, vt per duodecim annos nihil penitùs videret. Transeunte quadam die Seruo Dei Iuliano per Domum, in qua Maria habitabat, vocatus à Catharina Matre eiusdem Mariæ, vt ingrederetur Domum, & videret hanc eius Filiam infirmam, ingressus Dei Seruus vnam manum imposuit super caput, & aliam in fronte, tangendo oculos Mariæ cum proprio Rosario, & in momento ab infirmitate remansit sana. Factum iustificant eadem Maria in Testem adducta, & examinata in *ordine* 103. *in* 3. *part. Processʃ. fol.* 311., *&* 312., & Catharina eius Mater 105. *eadem part.* 3. *Processʃ. fol.* 314. ad interrogata, num remansisset omninò sana, & amplius fuerit oculorum morbo vexata, respondentes, nempè Maria, ab illo instanti dolores ei cessarunt vsque in hodiernam diem, licèt ex acrimonia humoris statim, vt fuit cum Rosario tacta à Seruo Dei *nubes quædam in oculo sinistro surrexit, quam, & nunc habere dixit, & modicum cernit*, sed alter oculus dexter remansit valdè bonus, nec vlteriùs passa fuit dolores. Et Catharina Mater eadem referendo respondit, & confestim exiens Dei Seruus, & ipsa Maria secuta eum clamans, video, video, & Pater Iulianus me sanauit. Et Miraculum nobis visum fuit attenta infirmitate continuata por duodecim annos, & recuperatione salutis in instanti, & modo sanandi per contactum Rosarij, & in manuum oppositionem, quæ circumstantiæ tàm respectu operationis in instanti, quàm Medici in eorum arte non agnoscunt, sed per successiuas, & diuersas naturæ alterationes solent consequi *Arch. diac. in Cap. Nec mirum* 26. *quæst.* 5. *numer.* 6., *&* 8. *Bellam. eodem Cap. Nec mirum num.* 5. quàm per contactum, & manuum appositionem manifestè indicant factum præter naturam, & à solo Deo per eius Serui intercessionem operatum.

§. 4. Licèt miraculosè [...]sus restitutus fue[...]t, tamèn quædam [n]ubes in oculo sini[st]ro surrexit, ob [q]uam modicum vi[d]ebat.

Ex Relatione Canonizationis S. Ludouici Beltrandi.

Num. 2. *Alia Miracula à Sacra Rota approbata, in quibus perfecta cæcitas deficiebat.*

Oculorum sanatio.

VI. GAspar Ramirez Incola Ciuitatis Valentiæ quintum ætatis annum agens tantam oculorum ægritudinem contraxit, vt videndi facultatem quasi penitùs amitteret, cumque in hunc modum biennio laborasset, ingrauescente sensim morbo, oculorum vsu omninò destitutus est, alteroque biennio elapso cum à Nouerca moneretur, vt Ludouicum Bertrandum recuperandæ sanitatis mediatorem inuocaret, & nonenam apud eius Sepulcrum, vt ibidem fieri assolet, celebraret, ad Beati Viri tumulum sese contulit, & quàm potuit feruentissimè, vt sanitatem sibi à Deo impetraret, rogauit, & nonnullis nouenæ diebus transactis, oculos nouies Beati Bertrandi Sepulcro applicuit, cumque hoc nona vice faceret, oculi illicò aperti sunt, *& ingens aquæ copia ex eis manare cæpit, quæ iugiter desluente visum paulatim recuperans domum secum gaudio contulit, cumque eum, vt oculos aqua abstergeret, nouerca admonuisset, nolle respondit, confidens Bertrandum absque illius medicamenti applicatione sanitatem sibi impetraturum, ac ad Sepulcrum, vt nouenam perficeret, reuersus clariores sibi continuè oculos effici animaduertit; adeout nouena peracta, pristina se illorum sanitate donatum conspiceret, planè, ac si nullo vnquam oculorum morbo laborasset,*

§. 1. Crysis successit, adeò vt ex oculis ingens aquæ copia manare cæperit.

Siuè morbus hic oculorum fuerit suffusio, siuè offuscatia, aut debilitas visus, siue cæcitas, miraculosam fuisse sanationem dubitari non posse censuimus, nam ipsemet Testis 228. quia visum, seu visus claritatem recuperauit, deponit, *se parum, aut nihil vidisse*, & quod sibi opus erat duce ad ambulandum; concordat Testis 229., quæ etiam addit, dictum Gasparem duobus vltimis annis adeò cęcum fuisse, quod in domo, & extra illum ducebant; & Testis 230. deponit per hæc verba: Per multos annos cæcus permansit, quod minimè videbat, taliter quòd illum ducebant, & sine duce moueré se non poterat, neque ad aliquam partem ire, & hoc modo illum vidit ista Testis multis annis. Itaque videtur in hoc probata esse cæcitas, *Bart. in Leg. mutus num. 3. ff. de bonor. poss. for. compet. Angel. in* §. *Cæcus instit. qui testam. facere poss.*, & volunt Doctores, statutum puniens excæcantem habere locum in eo, qui ita lumen impediuit, quod non possit inde videre lumen, licèt oculos non effoderit, *Castren. in Leg. binas ædes num. 2. ff. de seruit. Vrban. præd.*, *Bald. ibidem num. 1.*, *Natta consil. 210. num. 1.*, sed quia ipsemet Testis, qui sanitatem pristinam consecutus est, deponit, *se parum, aut nihil vidisse postremis duobus annis*, licèt sine duce se mouere non posset, vt cautiùs ageremus, quia de euidenti, & perfecta cæcitate poterat dubitari, conclusimus constare de miraculosa sanatione, non autem à cæcitate scilicet perfecta.

§. 2. Parùm, aut nihil videbat.

Ex Bulla Canonizationis, Gaspar Ramirez cæcus ad tumulum Sancti nouenam peragens, vltimaque die oculos Sepulcro cum fide appli-

 cans,

cans, profluuium crocei humoris emisit ab oculis, ac subitò cæcitatis suæ caliginem lætus abstersit.

Ex Relatione Canonizationis S. Petri de Alcantara.

MIRACVLVM SEXTVM

Cæcilia Velasquez per nouem menses morbum oculorum passa, etiam ex illo quasi cæca, immisso capite intrà Sepulcrum Serui Dei, quod erat apertum, statim recepit visum, & sanitatem.

§. 3. rma non in ro- ı, sed ferè cæca ıanserat.

IV. CÆcilia Velasquez supradicta Oppidi de Mombeltran laborauit morbo oculorum per nouem menses *in tantum quod ferè remanserat cæca*, & plura remedia applicauit, quæ tamen illi non profuerunt; & accedens quidam Frater Sancti Francisci Discalceatorum ad domum suam, illam consolatus fuit, & hortatus, vt se offerret Beato Petro de Alcantara, quem tunc extraxerant ab illius Sepulcro, vt valeret, & infirma intrà quatuor dies, etiam quod ingeret, itaut iumenta non possent ascendere montem, per quem peruenitur ad Monasterium de Arenas, ad illud se contulit desiderio magno consequendi salutem, & cum ad Conuentum accessisset, inuenit Sepulcrum istius Serui Dei apertum, & magna deuotione erga Sanctum intulit caput intrà dictum Sepulcrum, & incontinenti recuperauit visum, & sanitatem omnimodam oculorum, itaut nunquàm posteà in dictam infirmitatem inciderit, & quando hoc deposuit, transierant iam viginti anni post sanitatem recuperatam.

Et istud factum, prout suprà narratur, probatur duobus Testibus Remissorialibus, quorum vnus est ipsa Cæcilia 57. Testis *Remiss. Abulen. fol.* 220., quæ deponit prædictum factum, prout suprà narratur, & sibimet contigit; altera verò Testis est Isabella Sanchez cognata eiusdem Cæciliæ 64. Testis *Remiss. Abulen. fol.* 238., quæ de tempore dictæ infirmitatis cum Cæcilia inhabitabat, & deponit de infirmitate, *& quod vidit Cæciliam ferè cæcam proficisci ad dictum Monasterium*, & eadem die vidit illam ad domum reuertentem visu recuperato, & sanitate sibi omninò restituta. Ex quibus nobis visum fuit prædictum factum probari, & adscribendum

§. 4. t in statu quasi itatis.

fore maximo Miraculo, stantibus qualitate, & diuturnitate infirmita-

mitatis oculorum, & statu quasi cæcitatis, ad quèm Patiens peruenerat, & quod remedia applicata nihil contulerant, & attenta deuotione, & fide infirmæ, & accessu ad Conuentum, & attenta instantanea recuperatione salutis mox vt caput in Sepulcro immisit, & ex his hoc referendum esse ingenti Miraculo tertij gradus iudicauimus.

Ex Actis Canonizationis Sancti Petri de Alcantara, & Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis Romæ impressis anno 1669. pag. 31. Cæcilia Velasquez Oppidi de Mombeltran oculorum morbo nouem mensium affecta, & iam penè cæca, capite vix immisso in Petri Sepulcrum, perfectè vidit.



QUINTUM MIRACULUM
Approbatum ab Illustrissimo Lancisio sanationis ab Empyemate Felicis Sterbinæ,

1 ELIX Sterbina die 5. Maij in ægritudinem pleuritidis incidit, & per quindecim dies materias crudas, & lymphaticas expuit; vigesima autem die dicti mensis Maij excreationes emittere cæpit fœtidas, & pessimæ qualitatis. Ita Blasius Cantarellus Curæ Medicus *Summar. Magn. pag.*43. §. 248. *E ancora la verità, che per lo spazio di quindici giorni in circa andò escreando quantità di materie crude, e linfatiche, che poi verso gli 20. del detto mese di Maggio cominciò ad escreare materie concotte, marciose, e di cattiua qualità.* Ex qua materiarum mutatione verificatum remanet in Ægra Hypocratis 5. *aphor.* 8. *quod qui in pleuritide in quatuordecim diebus non repurgantur, ad suppurationem vergunt*, hoc est ad pulmonum abscessum, atque ad empyema. Neque defuerunt signa dignostica veri empyematis, quæ refert Curæ Medicus *pag.* 39. §. 208., & §. 214., & concordat alter Medicus Ioannes Petrus de Valentibus *pag.*46. §.277.

2 Ab empyemate iuxtà Hyppocratis 5. *aphor.* 15. *quicunque ex morbo laterali suppurantur, si intrà quadraginta dies purgantur à die, quo fit eruptio, liberantur, si verò non, ad tabem transeunt.* Nostra Virgo non solùm non repurgata est intrà quadraginta dies, sed in peius quotidiè prolapsa est; nam excreationum materia pessimæ qualitatis, & odoris inspiciebatur, febris non remittebat, sed in noctibus incrudescebat, & virtus expulsiua paulatim diminuebatur, prout Medicus Curæ *pag.*39. §.208. *eadem Sanata pag.*20. §.9. eiusdem Soror *pag.*28. §. 114. Alter Medicus *pag.* 48. §. 289.

3 Eò res tandem deuenit, vt vterque Medicus miserrimam Ægram pro deplorata habuerit, & iam per sex dies à quocunque medicamento cessatum fuerit, & ex eorum consilio Sacramenta non solùm Viatici, sed etiam Sacræ Vnctionis susceperit, & mors, vt dici solet, iam pulsaret in ianuis. Ita Cantarellus *pag.*39. §. 219. *Si ridusse con polso debolissimo, e mortale, detto da' Medici Miuro, cioè assai sottile, con labbra liuide, con affanno maggiore, con occhi rimessi, & estremi freddi, faccia cadauerica &c. STIMANDO IO, CHE LA DETTA INFERMA DOVESSE MORIRE QVELLA NOTTE.* Et alter Medicus *pagina* 47. §. 279. *Finalmente si ridusse, che non poteua giacere se non sopra vn lato, e volendosi voltare all' altro lato, li veniuano sueni menti, che pareua, che volesse allora morire con hauer perso affatto l'appetito, e le forze l'erano mancate à segno, che haueua vn polso paruo, e frequente con faccia quasi cadauerica, con gli occhi rimessi, naso filato, vnghie incuruate, anche lagrime inuolontarie, che li appariuano dagli occhi, segni tutti mortali, E COSI LA LASCIAI VNA SERA, CREDENDO, CHE LA NOTTE DOVESSE MORIRE.*

4 Expo-

4 Exposuimus compendiosè facti seriem, prout luculenter referunt Testes in Magna Positione *à pag. 19. ad 52.*, & resultat ex informatione bon. mem. Peregrinij, necnon ex responsionibus ad Animaduersiones datis, tum præcedenter in magna Positione, tum subsequenter in posteriori Libello anno 1717., ac ex Voto Domini Lancisij; & cum de his nulla cadat difficultas, conclusiuè remanet probatum primum Extremum, scilicèt mortem non solùm fuisse ineuitabilem, sed in horas imminentem, prout præ alijs vterque Medicus censuit.

5 Superest modò, vt de secundo Extremo, videlicèt de sanatione instantanea diligenter inquiramus. Cantarellus *pag. 40. §. 221. Ed essendo io Testimonio ritornato à vederla la mattina immediatamente seguente, trouai la suddetta Inferma senza febbre, senz' affanno, senza dolore nel petto. Et §. 223. E auendo osseruato quella mattina la detta Inferma nello stato, che io hò detto senza febbre, senz' affanno, senza le suddette espettorazioni, senza dolore, e che si poteua voltare dall' altro lato, e anche alzarsi, e ciò senza veruna crisi, stimai, che la suddetta sanazione fosse vn Miracolo. Et §. 230. E per tutte queste ragioni dico, e concludo, che la suddetta sanazione non potè succedere naturalmente, massime con quella breuità di tempo da me sopra deposta. Et §. 240. Mà la sua sanazione successe istantaneamente, come gia hò deposto, immediatamente doppo l'applicazione dell' Immagine della suddetta Serua di Dio Suor Giacinta. Et §. 253. Doppo la suddetta sua istantanea sanazione non hà mai auuto più nè febbre, nè dolor di petto, nè affanno, nè verun' altra infermità*.

6 Alter Medicus *pag. 47. §. 284. Ed io sentitele il polso, la ritrouai sgrauata di febbre, e migliorata di forze*. Si quæritur, quid intellexerit per verbum *Sgrauata di febbre*, an scilicèt liberationem, vel tantùm alleuationem à febri, explicatio desumenda est ab ipso Vocabulario Cruscæ, vbi verbum *sgrauare* explicat exemplo desumpto ab Autore Pistoriensi. *Se n'andò tutto di grado in isbandimento, e sgrauò la Città di Roma, cioè liberò dal sospetto*. Quod verò in hoc sensu vsus fuerit dicto verbo Medicus linguam vernaculam magis politam callens, resultat ex contextu eiusdem depositionis; nam prosequitur. *E perciò io giudicai esser questa sanazione vn' effetto miracoloso, e fuori delle forze naturali. Et §. 296. E stata miracolosa, e sopranaturale. Et §. 298. E però, come hò detto, la sanazione fù miracolosa, e sopranaturale*.

7 Ipsamet Sanata *pag. 21. §. 20. L'istesso giorno immediatamente seguente m'alzai da per me à sedere sul letto, mangiai da per me con gusto, il che non haueuo potuto far prima, e l'istesso giorno il doppo pranzo essendo ritornato il suddetto Medico Signor Biagio Cantarelli, mi ritrouò così à sedere, ed io gli dissi, che haueuo riceuuta la grazia dalla suddetta Serua di Dio, e che mi sarei voluta leuare dal letto, mà esso non volse, e mi comandò, che vi stessi almeno per otto giorni, siccome per vbbidirlo vi stiedi, mà però mi leuai alcune volte in occasione, che mi rifaceuano il letto, e in tale occasione caminauo qualche poco, e mi sentiuo bene senz' alcun dolore. Et pag. 22. §. 48. E certo, che quanto à me mi sarei potuta leuare dal letto, perchè non mi sentiuo nè febbre, nè dolore alcuno, e anche mi sentiuo bene di forze, mà mi conuenne fare l'obbedienza del Medico di stare à letto per questi giorni, che hò deposto negl'interrogatorj. Et §. 49. Io testimonia doppo la suddetta istantanea sanazione non hebbi mai più nè febbre, nè catarro, nè dolore nel petto, nè*

hò

hò auuto più verun' altra infermità, mà sono stata sempre bene, e di buona salute, siccome mi ritrouo anche al presente.

8 Pater Sanatæ *pag.* 25. §. 68. *Ed entrato in Casa la ritrouai, che staua bene, e senza febbre, mà però nel letto, per quanto intesi, per ordine del Medico della Cura.*

9 Angela Soror *pag.* 30. §. 121. *L'altro giorno la mattina vi vennero ambedue i Medici, mà non mi ricordo, se s' incontrarono insieme, mi ricordo bene, che tutti due auendola ritrouata libera, dissero, che questo era vn Miracolo; e così la detta mia Sorella continuò sempre à star bene, e continuò due, e trè altri giorni, dirò meglio, sette à stare à letto per obbedienza de' Medici, benchè essa hauesse animo, e volontà di leuarsi, dicendo, che staua bene, anzi doppo due, ò trè giorni si leuò per qualche tempo. Et pag.* 32. §. 138. *Già hò detto ne' precedenti miei esami, come Felice mia Sorella doppo l'inuocazione della Serua di Dio Suor Giacinta, e l' applicazione della sua Immagine stiede sempre bene.*

10 Hisce quinque Testibus, duobus videlicèt Peritis, quibus cura Felicis commissa fuerat, atque ipsamet Felici, Patre, ac Sorore, tanquam præcipuis, & oculatis standum est in inquisitione, an sanitas fuerit recuperata illicò, & instantaneè saltem quoad expulsionem malitiæ morbificæ, cum de cætero non negemus, perfectam recuperationem virium ad tres, vel quatuor dies fuisse protractam; & hoc est, quod in suis depositionibus intellexerunt dicti Testes, quando adhibuerunt verba significantia meliorationem. Momentum enim miraculosæ sanationis in eo fundatur, quod verè Felix laboraret in extremis, & esset redacta ad illum vltimum statum, vndè per momenta ineuitabilis mors expectaretur. Ad hunc enim statum perueniffe vltrà superiùs adducta duorum Medicorum iudicia confirmatur, ex quo eiusdem Pater ad parandum funus è domo prodierat *pag.* 24. §. 67. *Verso la fine del mese di Giugno hauendo io la detta mia figliuola per disperata tanto per la relazione de' Medici, quanto per quello, che ocularmente si vedeua, e osseruaua anche da me, presi risoluzione di andare à prouedere per il suo mortorio.* Idem quoque magis confirmatur ex his, quæ deponit Medicus de Valentibus *pag.* 47. §. 281. *E la mattina seguente passando per andare à fare altre visite dalla sua Casa senza pensiero di visitarla, PERCHE LA CREDEVO GIA' MORTA, sentij non sò chi di Casa sua ridere, onde per curiosità mi mossi à salire, dicendo tra me stesso, mentre si ride, è segno, che non c'è il morto.* Ex discursu enim intrà semetipsum facto à Medico superlatiuè patet, quale fuerit eiusdem iudicium circa imminentem mortem dictæ Felicis.

11 Ad ferendam enim sententiam, hanc sanationem fuisse miraculosam in terminis suprà expensis morbi natura sua insanabilis, quando peruenit ad illum vltimum statum, de quo Medici suprà indicati deposuerunt, sat est; constare de instantaneitate morali, etiamsi physica, & mathematica deficiat. Ità enim communiter tenent Theologi Interpretes Sacræ Scripturæ, qui de Miraculis à Christo Domino patratis agunt; Ità Iurisperiti, præsertim qui de Miraculis ad effectum Canonizationis egerunt, ita etiam Medici, qui tanquam Periti pro veritate requisiti in casibus particularibus consuluerunt. Nos ad effugiendum tędium, eorundem Cathalogum texuimus adductis eorum verbis *in præsenti Summario Num.* 1. Et decem, & octo numerauimus

par-

partim, vt diximus, Theologos, partim Iurisperitos, & partim Medicos. Neque præsumi debet error Iudicij in tam communi consensu Virorum in diuersis facultatibus illustrium, præsertim cum omnes moueantur exemplis desumptis ex Sacra Scriptura, vt constabit legentibus loca per nos in dicto Summario congesta.

12 Tot scribentium autoritas robur, ac firmitatem recipit à septem Miraculis aliàs approbatis à Sacra Rota in suis Relationibus, quibus Pontifices adhęserunt in Diplomatibus Canonizationum, etiamsi in illis prætensa instantaneitas physica non adesset, quæ Miracula prostant *in præsenti Summario Num.*2. Duo autem circa hæc Miracula merentur attendi, primum, quod eorum approbatio non fuit facta cęcis oculis, & transeuntèr, sed discusso plenariè articulo, an instantaneitas esset necessaria, vel ne. Quanti autem facienda sit huiusmodi approbatio post factam discussionem, percipi potest ex his, quæ obseruant Doctores de Rotæ Decisionibus, quod attendi debent in eo, quod sub discussione resolutum est, non in alijs, quæ incidentèr asseruntur, Seraphin. *decis.* 299. *in fin.*, *& in Recent. part.* 7. *decis.* 17. *num.* 9., *& part.* 9. *decis.* 285. *num.* 12., *& part.* 11. *decis.* 196. *num.* 38., *& part.* 16. *decis.* 385. *num.* 15, *& part.* 18. *decis.* 596. *num.* 14., *& part.* 19. *decis.* 219. *numer.* 25., *&* 27. Cardinalis de Luca *de Dot. disc.* 37. *num.* 5. *de Vsur. disc.* 1. *num.* 8. Alterum, quod si peruoluantur prædicta exempla sanationum, constabit quidem, omnes sanatos morbis grauissimis laborasse, paucos tamen ex sanatis redactos fuisse ad illum extremum statum, ad quem peruenerat nostra Virgo, quæ potiùs dici debet à morte reuocata, quàm simpliciter sanata.

13 Prætereà adduximus decadem aliorum Miraculorum, in quibus, vt in re minimè dubia, sine præcedenti scrutinio perfecta sanitas, seù recuperatio virium ad plures dies protracta est. Si autem simultaneè accipiantur sententiæ Doctorum, exempla Miraculorum à Rota approbatorum, nec non alia decem iudicata vltimo loco adducta, vix dubitare possumus, aliquem adhuc superesse, qui instantaneitatem physicam in præsenti casu vlteriùs exigat.

14 Quod siquis sui propositi tenax ita sentiret, ab eodem petitâ humiliter venia, liceat exquirere, an in hoc Iudicio Miraculorum talis sit facultas arbitrandi, vt positis ijsdem circumstantijs, quæ in vno casu moralis instantaneitas iudicata fuit sufficiens pro approbatione Miraculi, in altero irreleuans habeatur. Sanè tam libero arbitrio repugnare videtur Religio omnium Tribunalium, cum In vnoquoque sanctè pro lege recipi soleat, quod in pluribus iudicatis fuit sancitum *cap. ex literis de Const.*, vbi Felin. *num.* 4. Bald. *in l.* 1. *in fin. Cod. quę sit longa consuetudo*, *Rota in Recen. tom.* 2. *decis.* 88. *num.* 2., *& cor. R. P. D. Ansaldo decis.* 12. *num.* 27. Firmitas Iudiciorum si in quibuslibet Tribunalibus custoditur, præcipuè in hoc est necessaria, in quo agitur de adscribendis hominibus cum fama Sanctitatis defunctis in Cathalogo Sanctorum, ne dicatur ab incerto Iudicantium arbitrio tam Sanctam apotheosim pendere.

SVMMARIVM.
ADDITIONALE
Ad quintum Miraculum.
THEOLOGI.

Num. 1. ensus Theo-um, Iuris-orum, & icorum, quod in omnibus aculis instan itas physica iritur, sed it etiam alis.



I. Lossa *Marc, cap.* 8., vbi de Cęco, cui, medio sputo, fuit à Christo visus restitutus, sic ait = Quem vno verbo statim curare poterat, *Christus paulatim curat, vt magnitudinem humanæ cęcitatis ostendat*, quæ vix, & quasi per gradus ad lucem redeat, & gratiam suam nobis indicat, per quam singula perfectionis incrementa adiuuat.

II. Tostatus *in cap.* 8. *Matth. quæst.* 15., vbi quęrens, quarè immediatè, vt Christus dixit verbum, fuit curatus Leprosus, ait = Dicendum, quod operationes Christi erant miraculosæ, Miraculum autem in instanti fit, & ideò non erat admirandum, quod statim hoc fieret, sed potiùs erat admirandum, si statim non fieret, vel si aliqua successio intercideret, quia ad hoc oportebat, assignari causam specialem, ad hoc tamen quod fieret statim, nullam causam oportet assignari, sed est iam nota, scilicet quia fiebant hæc diuina virtute, Deo proprium est in instanti agere, & ideò vt communiter omnia Miracula à Chisto facta statim fiebant, idest statim vt ipse loqueretur exprimens quod vellet facere, interdum tamen aliqua Miracula differebantur; Et erat in hoc triplex modus scilicèt quædam fiebant, & complebantur tota simul, mox vt Christus loqueretur, vt communiter erat in omnibus; alia erant, quæ differebantur, vt tota fierent post tempus, sic patet de decem Leprosis, qui pecierunt à Christo sanari, & ille dixit eis, ite, ostendite vos Sacerdotibus, & dum irent ad se ostendendum, subitò sanati sunt in via; Alia Miracula sunt, quæ partim statim, & partim post tempus fiebant, *ita quod videretur in successione esse Miraculum, sicut fuit de illo Cęco, quem Christus sanauit, & primò vidit homines tanquam arbores ambulantes, idest non clarè videbat, & posteà Christusfecit, quod clarè videret*, *Marc.* 8.

III. Cornelius à Lapide *Marc.* 8. de Cęco illuminato sic ait, voluit Christus non subitò, sed sensim hunc Cęcum perfectè illuminare, primò vt omnis generis Miracula ederet. Et Isaię 38. Ezechiæ sanationem expendens concludit = Quidquid sit, certum est, ficus non habuisse tantas vires, vt hominem moribundum vitæ, & sanitati restituerent, idque tam citò, *scilicèt vt tertia die adiret Templum, vt dicitur* 4. Reg. 20. *quare potiùs hæc Curatio Miraculo tribuenda est, quàm ficubus*. Ita Valesius Sacr. Philosoph. *cap.* 39. Vatablus, Adamus, & alij.

IV. Cardinalis de Lauræa *de Mirac. disput.* 20. *art.* 20. *pag.* 596. *num.* 866. ibi = Aduerto quintò cum Troilo Maluetio *in tract. de Canon. Sanct.* quod voces illæ, statim, mox, incontinenti iuxtà materia-

rum

rum diuersitatem à Canonistis diuersam durationem, seù temporis moram significant,& non semper,instantaneitatem,*seù immediatum mathematicè aliquod factum*, *sed interdum significant factum aliquod post triduum ex Baldo in cap.ex literis de Constit.interdum aliquod factum post decem dies ex glos.in §. Omnis verb. confestim Inst.de verbor bligat.*interdum alia significant,quæ ad rem nostram non faciunt.Et subdit,quod dictiones istæ *in materia indifferenti capiunt interpretationem arbitrio Iudicis ex glos. 1.cap.an sit verb.incontinenti de Appellat.,& glos.t.capit.quam sit verb.quàm citiùs de Elect. n.6.*Ita in casu sanationis *Iudex arbitrari habeat qualitatem febris, an sit* maligna, vel parua,vel forte quartana, quæ cum difficultate solet recedere; Item an febricitans sit valdè grauatus,adeò quod Medici desperent de eius salute,& sic de singulis,*ex quibus Iudex poterit arbitrari*, *Infirmum potiùs virtute diuina*,& sic supernaturaliter, quàm naturaliter, & virtute medicamentorum, sanatum esse.

Et pag. 597. num. 809. = Confirmatur ex Miraculis præseruationis tantùm à morte absque subita sanatione à morbo: Fieri potest, vt quis in articulo mortis positus, & omninò desperatus, per intercessionem alicuius Sancti inuocati, vel à Patiente, vel à circumstantibus, vel per applicationem Reliquiæ à morte præseruetur, & tamen à morbo, puta malignæ febris, aut lethalis vulneris, aut pestis non statim curetur; Tunc non officit, si statim sanatio non obtineatur. Et habemus exemplum Filij Reguli Ioann. 4. Hic cum audijsset, quia Iesus adueniret à Iudæa in Galileam, abijt ad eum, & rogabat, vt descenderet, ac sanaret filium eius, incipiebat enim mori; Et cum instantia replicabat, Domine descende, priusquam moriatur filius meus. Dicit ei Iesus, vade, filius tuus viuit, ibat, & eo descendente, occurrerunt ei Serui, & nunciauerunt dicentes, quod Filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua meliùs habuerit, & dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo Pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei filius tuus viuit. In tota huius facti serie habetur, quod æger erat moribundus, Pater rogauit Iesum, vt saluaret eum, ne moreretur. Iesus non dicit, vade, sanus est Serui non dicunt, surrexit è lecto, aut sanatus est, sed viuit; Nec Pater interrogat, si surrexit, vel sanatus est, sed in qua hora meliùs habuerit; & tandem Serui dicunt, hora septima reliquit eum febris. Itaque licèt posteà totalitèr sanus euaserit ex consequenti, Miraculum tamen consistebat in præseruatione à morte, quæ ad nutum, seu voluntatem Saluatoris expressa fuit verbo, Filius tuus viuit, & consequenter ad hoc accidit successiuè totalis sanitas. In his ergo casibus præseruationis, vt ascribantur Miraculo, articulus mortis, seù periculum ineuitabile certissimè, & euidentèr omni exclusa dubitatione, *constare debet ex iudicio Peritorum, seù Doctorum, vt præseruatio sine totali sanatione morbi dici possit miraculosa, & tribui alicui Sancto Inuocato, vel euius Reliquia, aliudue illius fuerit Ægro applicatum*. Alioquin si euidenter non constet de ineuitabili periculo, nisi accidat totalis sanatio, vel tanta, quæ à natura tunc fieri nequeat, miraculosa non erit dicenda præseruatio, sed naturalis.

Et art. 21. pag. 602. num. 903. referens Ezechiæ sanationem subdit = Sed tamen vulnus, seù vlcus eius tunc non fuit sanatum, quia Isaias jussit afferri massam deficis, vt cataplasmarent super vulnus eius, & sa-

& sanaretur. Et paulo inferiùs = Quidquid sit de hoc, morbus regius, quo laborabat Ezechias (ex Aquila, & Theodotione) abscessit, mortis periculum euanuit, & tamen morbi reliquia, nempè vlcus, aut vulnus, vel apostema remansit, fuitque perficorum contusorum cataplasma eurandum; Ergo reliquia morbi remanens Miraculum non tollit, nec minuit.

Et num. 904. adducens textum Marci 7. vbi de Filia Chananeæ per Iesum à Dæmonio liberata inquit = Hæc Gentilis cum esset, rogauit Dominum, vt Filiam suam à Dæmonio malè vexatam liberaret, post perseuerantem orationem obtinuit quod optabat, vade, exijt Dæmonium à Filia tua; At nota. Cum abijsset domum, inuenit Puellam jacentem supra lectum, & Dæmonium exijsse. Iacebat, non surrexerat, aliqua in ea erat debilitas.

V. Lezana *tom. 4. consult. 1. pag. 20. num. 193.* = Nos fœdere distinctionis opiniones conciliari posse existimamus, nempè quod aut natura cum processu temporis poterat causare illud factum, de quo quæritur, an sit Miraculum, puta sanare infirmitatem, & tunc de substantia Miraculi est, quod fiat continuò, ac statim, aliàs non erit Miraculum, cum possit esse, quod sanatio processerit ex operatione naturæ = Et infra = Quod tamen diximus, necessarium esse, quod fiat illicò, intelligendum est cum temporamento, nempè sufficere, quod incontinenti recedat morbus principalis, licèt remaneant consequentia morbi, puta lassitudo, cicatrix, & similia, vt fuit ponderatum in pluribus relationibus in hac materia factis, & signanter in Relatione Sancti Raymundi *part. 2. art. 5. vers.* quod si quandoque. Aut verò factum non erat tale, quod posset per naturam ex interuallo temporis contingere, puta illuminatio Cæci à natiuitate, resurrectio mortui, & similia, & tunc etiamsi intercedat interuallum temporis, non videtur cessare vis Miraculi.

VI Bordonus *de Mirac. medit. 7. quæst. 6.* vbi mouens quæstionem, an pallor, cicatrix, debilitas, & alij defectus ab infirmitate relicti post receptam sanitatem tollant rationem Miraculi, respondet = Negatiuè, quia Miraculum in eo cosistit, Dei ope speciali sanitas tota simul in instanti recuperetur, sed sic recuperari potest, remanentibus illis defectibus, ad perfectam enim sanitatem sufficit, quod corpus reponatur in statu tali, vt possit obire suas actiones, quas operarari poterat, antequam incideret in morbum, eas autem efficere potest, remanentibus illis signis, ergo hæc non tollunt rationem Miraculi. Ita *Contilor. de Canonizat. Sanctor. cap. 17. n. 16. ex Rota in Relat. S. Raymundi p. 2. art. 5. in Relat. S. Caroli p. 3. vers., & lic ,in Relat. B. Corsini part. 2. §. 4. vers.*, quod tamen de imbecillitate, & lassitudine; In Relat. Sanctæ Theresiæ de tumore, & duritie relictis in sanato; de cicatrice remanente post vulnus in Relat. Sancti Raymundi, & B. Corsini. Confirmantur prædicta, quia sanitas naturaliter acquiritur, remanentibus adhuc illis signis, quæ non impediunt exercitium operationum corporis sani; ergo, & miraculosè obtineri potest, non obstantibus illis signis, cum ipsam infirmitatem non constituant, sed ad illam sequuntur.

VII. Castellinus *de certit. glor. Sanctor. cap. 8. punct. 30. pag. 407. §. Ex quibus infertur*, ibi = Secundò de ratione Miraculorum in communi non est, vt necessariò fiant semper in instanti, vt paulò superiùs insinuatum est, & vt colligitur ex auctoritate Glosæ immediatè citatæ, quam sequitur Bellam: in cap. nec mirum superiùs citato

num.

num. 5. *verſ.* ſed quæro; & Panuinus in Relatione S. Bonauenturæ *part.* 2. *art.* 5. *Froilus Maluetius de Canonizat. Sanctor. dubio* 3. *num.* 31. *verſ.* nunquid autem, Rota in Relat. Sancti Franciſci de Paula circa finem verſ. ſed profectò in his, in Relat. S. Didaci ſuper Miraculo facto in perſona Dom. Mariæ della Penuela, in Relat. S. Hiacynthi *de Mirac. verſ.* fit Miraculum.

Vtque Miraculum dicatur fieri inſtanti, ſatis eſt, vt in inſtanti tollatur malitia morbi, ſeù infirmitatis validiſſimæ, quæ naturalitèr auferri non poterat, tunque nihil obſtat, & ſi effectus perfectæ ſanitatis ſucceſſu temporis ſubſequatur, *Rota in Relat. S. Franciſci de Paula art.* 6. *Mirac.* 5. *in fin. in Relat. S. Ignatij in* 3. *Mirac. Rota in Relat. B. Corſini part.* 2. §. 4. *in princip.*

Ad autoritatem Gloſæ in *cap. Marc.* 8. *quam ſequuntur Archidiac. Bellam, & Caſtellan. patet reſponſio ex dictis ſuprà per toſtatum in cap.* 8. *Matthei quæſt.* 15., *& ex Maluetio de Canonizat. Sanct. dub.* 3. *num.* 25., *&* 52. *in quibus locis ait*, quod ad hoc vt illud quod poteſt fieri naturalitèr, dicatur Miraculum, neceſſe eſt, quod fiat incontinenti, & quod ea, quæ dicta ſunt per Arcidiac. procedunt in ijs, quæ fiunt contra naturam; hanc eandem diſtinctionem ſequitur *Rota in Relat. B. Corſini part.* 2. §. *In princ.*

Eandem ſententiam tuetur Alphonſus Toſtatus apud *Matth. cap.* 8. *quæſt.* 15. eandem tenuere præſtantiſſimi Patres Sacræ Rotæ Romanæ Auditores in Relatione Canonizationis multorum Sanctorum, præſertim in illa Sancti Raymundi Ordinis Prædicatorum, vti videre eſt ibidem *art.* 5. §. *Cæterum omnibus*. Eandem inſinuat Caſtellanus in ſuo tractatu de Sanctorum Canonizatione *quæſt.* 6. *artic.* 6. §. *Quæro an ſit neceſſe Miraculum fieri in inſtanti*. Quod ſi quandoque ſucceſſio quædam temporis in Miraculis eſſe videatur; non facit ceſſare rationem veri Miraculi, quia ſuper illud, in quo conſiſtit natura veri Miraculi, fit in inſtanti, licet quædam alia ipſum Miraculum ſubſequentia fiant tractu temporis, vt verbi gratia in vulneribus, & alijs infirmitatibus lethalibus, ex quibus ordinariè, & neceſſariò curſu, & ordine naturali expectato moriendum eſſet, Miraculum conſiſtit in tollenda malitia morbi mortis inductiuæ, quæ naturaliter etiam potentiſſimis remedijs naturalibus auferri non poterat, neque medicamentis vllatenùs ſuperari, ne moreretur æger. Quod autem poſtea ſucceſſu temporis claudantur labia vulnerum, obducantur cicatrices, & imbecillitas corporis ex graui infirmitate orta depellatur, non facit ceſſare rationem Miraculi.

Hoc multis Miraculorum exemplis demonſtrari poteſt. Eſaiæ cap. 38. Ezechias ad mortem ægrotauit, & quia vulnus erat lethale, niſi diuina miſericordia ſubueniſſet, omninò mortuus fuiſſet Ezechias, cuius malo nullum aderat naturale remedium, quamuis per Miraculum fuerit liberatus à morte, non tamen confeſtim ſanatum eſt vulnus, ſed adhibitis medicamentis, & conſueto ordine naturæ ſeruato; ait enim Scriptura in præcitato loco, & juſſit Eſaias, vt tolleret maſſam de ficis, & cataplaſmarent ſuper vulnus, & ſanaretur. Hæc ibi; *& Marc.* 8. de Cæco illuminato, qui ſtatim vidit, non tamen perfectè cognoſcendo, ſed paulatim augebatur vſus rectè videndi, vbi Gloſa inquit, quem vno verbo ſtatim curare poterat, Chriſtus paulatim curat, vt magnitudinem humanæ cæcitatis oſtendat, quæ vix, & quaſi per gradus ad lucem redeat, & gratiam ſuam

nobis

nobis indicat, per quam singula perfectionis incrementa adiuuat. Hancque Glosam secuti sunt inter alios *Archidiac. Bellam. de Reliq., & venerat Sanct. cap. 1.*, & Franciscus Panuinus in Relatione Canonizationis S. Bonauenturæ *part. 2. art. 5.* Pro indubitato statuendum est igitur, in omni vero Miraculo illicò, atque statim illud fieri à Deo, in quo principalitèr consistit natura, & ratio Miraculi, quamuis sequentia adMiraculum conferãtur aliquando omnia etiam simul, aliquando cum successione temporis secundum beneplacitum Altissimi; ideò Cæcus ille apud Marcum *cap.* 8. statim illuminatur, licèt non statim distinctè omnia viderit, atque cognouerit.

Iurisperiti, & Pragmatici.

VIII. Franciscus Panuinus *in Relatione S. Bonauenturæ impressa penes Opuscula eiusdem Sancti part. 2. art. 5.* = Ad quintum dico concludendum, quod non est necessarium, quod Miraculum fiat in instanti, vt patet tertia Regula 17. *cap.*, *& Exod.* 14., *&* 4. *Regum* 4., *&* 5. *Mar.* 8. *secundum Archid. in cap. nec mirum 26. quæst. 5. quem refert.*, & sequitur Martinus de Laude in allegationibus, quas fecit pro Canonizatione S. Bernardini. Ac pluribus in contrarium autoritatibus ex Sacro Textu adductis respondet autoritate Glosæ positæ in *cap. Mar. dicentis*, quem vno verbo statim curare poterat, paulatim curat, vt magnitudinem humanæ cæcitatis ostendat, quæ vix, & quasi per gradus ad lucem redeat, & gratiam suam nobis indicat, per quam singula perfectionis incrementa adiuuat.

IX. Troylus Maluectius *de Canonizat. Sanctor. dub. 3. num. 34. inter Tractat. Magn. tom. 14. pag. 100. à ter. col. 1. in fin.* Tandem conclusiò est, quod dictio incontinenti, mox, & similes in materia indifferenti capiunt interpretationem arbitrio Iudicis secundum *gl. in c. an sit in verb. incontinenti de App.*, *& gl. in c. quod sit in verb. quàm citius de Ele. lib. 6. Et ideò Bartolus in l. 3. §. Eum igitur ff. de vi, & vi ar.* dicit, quod an deiectus incontinenti expulerit deiectorem, statur arbitrio boni viri, considerata qualitate persone deijcientis, & ipsius rei, de qua fuit deiectus. Ita dicamus in casu nostro, vt Iudex habeat arbitrari qualitatem febris, scilicet an sit magna, vel paruâ, vel forte quartana, quæ cum difficultate solet recedere. Item an febricitans sit valdè grauatus, adeò quod Medici desperent de eius salute, & sic de singulis, ex quibus Iudex poterit arbitrari infirmum potiùs gratia diuina, & sic supernaturaliter, quàm naturaliter, & virtute Medicorum sanatum esse.

X. Iacobus Simonetta *in Relatione S. Francisci de Paula impressa penes eiusdem Sancti Vitam pag. 355. vers. Dubitant, ibi* = Dubitant forsàn etiam nonnulli, an illa Miraculis iure ascribantùr, quæ non statim facta fuisse testes perhibent, cum secundum eos alij non sine naturæ auxilio, & diebus non paucis interuenientibus sanitatem demum obtinuerint. Sed profectò in his nequaquam dubitandum est, cum spatium temporis Miraculorum virtutem non impediat. Nam vt dicit *Glossa Mar. 8. cap. loquens de Christo*, quam verbis tantùm statìm curare poterat, paulatim sanat, humanæ cęcitatis magnitudinem ostendens, quæ vix, & quasi per gradus ad lucem redit. Multis quoque citatis diuinarum literarum testimonijs, idem àttestantur *Archidiac. in dict. cap. Nec mirum 26. quæst. 5.*

quem

quem Ioannes Andreas; & alij referunt, & sequuntur in dict. cap. de Rel., & Ven. Sanct. in 6.

XI. Contilorus = *de Canonizat. Sanctor. cap. 17. pag. 188. num. 13.* = Quando autem dicatur Miraculum incontinenti, vel in instanti factum, relinquendum est Iudicis arbitrio, qui debet arbitrari qualitatem febris, an scilicet sit magna, vel parua, vel tertiana, vel continua, vel quartana, quæ cum difficultate solet recedere, & an febricitans sit infans, vel iuuenis, aut senex, aut taliter grauatus, vt Medici desperarunt de eius salute, omissis ijs, quæ de varia significatione dictionis incontinenti, mox, protinùs, illicò, & in instanti habentur apud Iurisconsultos, & de quibus latè *Maluet. dicto dub. 3. num. 26.* Ideòque Iudex arbitrabitur Miraculum factum esse in instanti, quando in instanti sublata est malitia morbi, quæ naturaliter tolli non poterat, licèt effectus perfectæ sanitatis successu alicuius temporis subsequi videatur, vt aduertit *Rot. in Relat. S. Francisci de Paula art. 6. Mirac. 5. in fin. in relat. S. Raymundi part. 2. artic. 5. in Relat. S. Caroli part. 3. in princ., & Mirac. 13. in Relat. B. Corsini part. 2. §. 4. in princ. in Relat. S. Ignatij in 4. Mirac.* Et benè *Rota in dicta Relatione S. Raymundi*, verum est, inquit, in his vulneribus, seù infirmitatibus, quæ vel à principio in suo genere lethalia sunt, vel ex subsecutis accidentibus lethalia efficiuntur, itaut necessario mortem sint allatura, vel aliàs per naturam curari non possunt, quales sunt inueteratæ paralyses, & membrorum, seu neruorum contractiones, quando per Miraculum sanantur, totam vim, & naturam Miraculi in eo consistere, vt virtute diuina in instanti auferatur illa malitia vulneris, vel infirmitatis, que necessarium interitum afferebat, & virtute medicamentorum, vel beneficio naturæ auferri non poterat, vel sanari. Cœtera verò quæ beneficio naturæ recuperari possunt, qualia sunt conglutinatio labiorum vulneris, obductio cicatricis, liberatio ab imbecillitate, seu recuperatio virium, & firmitatis, & alia huiusmodi, non est necessarium fieri in instanti, & quamuis fiant seruato consueto naturæ ordine, non faciunt cessare Miraculum.

XII. Pignatellus *tom. 10. consult. 177. pag. 311. num. 29.* = Vndè si sanatio trium dierum spatio successisset, non excluderetur instantaneitas, habito respectu ad diuturnitatem, & grauitatem morbi præcedentis absque vllo medicæ artis auxilio. Quandoquidem aduerbia statim, illicò, incontinenti, ac similia in sanationibus miraculosis non phisicè, sed moraliter accipienda sunt secundum qualitates morborum, quibus pensatis fit locus arbitrio Iudicis, vt tradit Maluetius *de Canonizat. Sanctor. dub. 3.*

MEDICI

XIII. Zacchias *in Quæstion. Medicoleg. tom. 1. lib. 4. tit. 1. quæst. 3. de Mirac. pag. 202. num. 8.* ibi = Sexta conditio est, quod effectus appareat incontinenti, aut multo citiùs, quàm à natura fieri potuerit, & hoc habet locum in his tantùm, quæ alias naturaliter fieri possunt =. Et infrà = Sed aduerte, vt dixi, hanc instantaneam operationem non requiri in omnibus Miraculis, sed in ijs, quæ sunt à natura factibilia, *& t. 2. lib. 10. cons. 7. pag. 137. n. 8.* = *Nihil denique obstare videtur, si post principalis morbi curationem remanserint aliqua consequentia morbum, nec agra tam subito ab ijs leuata sit; Satis*

tis

tis enim est, si morbi malitia, & acerbitas ad S.Dei inuocationem, & immediatè post applicationem mensuræ eius beatissimi corporis, atque in instanti remiserit, vt in similibus dixit Rota in Relat.Canon.S.Caroli par.1.Mirac.13.,& in alijs Relationibus aliàs.

XIV. Franciscus Vallesius *de Sacr. Philosoph. cap.39. pag.319.* miraculosam Ezechiæ sanationem expendens ait = Sed si hocita est, quid habuit hæc curatio Miraculo? habuit certè aliquid; nam, & si est indicatum, ficus vim medicamentosam habere ad illius morbi curationem accommodatam, tantam verò non habent, vt qui ægrotabat vsque ad mortem, *die tertia posset sanus in Templum ascendere*, vt Ezechiæ euenit, nisi Deus peculiari auxilio, & solito maiori eius medicaminis vim auxisset.

XV. Angelus Victorius *consultat. Medic. consf.92.* vbi de muliere paralytica sanata potione aquæ, in qua fuerat infusa Medalia S. Francisci Xauerij *pag.405. vers. Cum igitur* ibi = Cum igitur curatio prædicta Mulieris, si dicenda sit miraculosa, non possit pertinere nisi ad hoc tertium genus, ad ipsum verò requiri videatur, vt sanatio fiat in instanti, *illa autem septem, aut plurium dierum spatio fuerit sanata*, non videtur illius sanitas tribuenda Miraculo. *Sed his non obstantibus dicendum omninò censeo, illam miraculosè esse sanatam, non enim semper est necessarium ad Miraculum, vt quis subito sanetur, quod facile ostendi potest exemplis. Primò quidem exemplo Pueri ab Elisæo Propheta resuscitati, cui primò calefacta est caro eius, deindè Elisæo super ipsum iterùm incurato reuixit 4. Reg. cap.4. Et Naaman fuit à lepra mundatus post septimam ablutionem in Iordano 4. Reg.5. Et Cæcus Bethsaide à Domino illuminatus non perfectè vidit, donec oculi iterùm atque iterùm à Domino tacti esset. Et Macharius, vt refert Surius tom.1.1. Iaauarij] puellam multis annis simili paralysi laborantem proprijs manibus oleo sancto perunxit per viginti dies, ac pro ea Domino fundens preces incolumen reddidit.*

XVI. Romulus Spetiolus *in Positione super Miraculis S. Laurentij Iustiniani Mirac.2. pag.154. vers. Sed hæc* ibi = Sed hæc obiectio facilè diluitur, si attendatur, quod morbus natura sui, & subiecti erat insanabilis, *& quod in instanti ablata fuit causa, & morbi, & mortis, illa enim quæ superfuerunt, dicuntur consequencia morbi, quæ si non auferantur in instanti, sed remaneant, puta lassitudo, debilitas, cicatrix, & similia per aliquod temporis interuallum, nihil diminuunt de claritate miraculi, ita sentiente Rota in Rel. super Process. Canon. S. Raymundi; vndè instantanea sanatio attendenda maximè est in ijs; quæ factibilia sunt vel ab arte, vel à natura, non tam in ijs, in quibus aut ars, aut natura locum non habent, quæ quandocunque, quomodocumque fiant, sublimitatem Miraculi semper ostendunt.*

XVII. Ioannes Maria Lancisius *in suo voto super Miraculosa liberatione Ciuitatis Montiliæ à peste contagiosa per intercessionem B. Francisci Solani §. Præterea* ibi = *Non enim ad probationem Miraculorum requiritur sanatio contingens puncto temporis mathematico. Quamobrem in sacris paginis plura habemus exempla illorum, qui Miraculo pristinæ sanitati sunt restituti, & tamen subitò non conualuerunt.* Quia scilicet tota ratio huius generis Miraculorum posita est aut in modo, aut in tempore, itaut medela perficiatur ocyus, quam naturaliter fieret, & per media, quæ minimè potentia sunt ad producendam sanationem. Ita legimus multos fuisse leprosos in Israel

Luc.

Luc.4. verſ.27. ſub Eliſeo Propheta, & neminem illorum mundatum, niſi in Haaman Syrum, qui Iordanis lotione non ſemel tantùm ſed ſeptiès tentata conualuit 4. Reg. cap.5. verſ.14. *In Naaman itaque Miraculoſa ſanatio lenta fuit, non inſtantanea, & tamen Miraculis accenſetur, quod tunc primùm Iordanis laticibus à Deo virtus, quam ad mundandam lepram non habebant, tributa fuit, vt ad rem aduertit Paulus Zacchias quæſt. Med. leg. lib.4. tit.1. quæſt.8. num.61. pag. mihi 256.* = Et infrà = Nec aliter porrò celebris illa, ac Miraculo adſcripta ceſſatio peſtis in Vrbe tempore Diui Gregorij habita eſt: non enim illicò, ac repentè contigit, *ſed tantùm, vt ex Ritualibus ſcripſit Carolus Sigonius de Regno Ital. lib.1.pag.31. num.591. cum Sanctiſſimus ille Pontifex Angelum ſuper Hadriani molem aſtantem, ac ſtrictum mucronem vagina recondentem conſpexiſſet, exhilaratus, conuerſo ad populum ore; bono omnes, inquit, animo eſtote; nam optatus diuina ira ac furentis iam pridem peſtilentia finis, Deo ipſo annuente, oſtenditur. Atque ita, vt ille præſenſit, ipſe dè inde morbus elanguit. Elangueo autem eſt verbum, quo aliquid multum de viribus amittere, non verò illicò deficere, ac penitus ceſſare ſignificatur.*

XVII. Emanuel Lopez *in ſua Conſultatione ſuper Quarto Miraculo in Cauſa B. Franciſci Solani* §. *Sexta* ibi = *Et omne dubium ceſſat, quia vt Miraculum dicatur fieri in inſtanti, ſatis eſt, vt in inſtanti tollatur malitia morbi, ſeù infirmitatis validiſſima, qua naturaliter auferri non poterat, licèt effectus perfecta ſanitatis ſucceſſu temporis ſubſequatur.*

Ex Relatione Canonizationis S. Caroli Borromæi,

MIRACVLVM DECIMVM TERTIVM.

Ioanna de Moronis meritis Serui Dei Caroli in pedibus, & genibus recepit ſanitatem.

Num. 11. *Septem afferuntur Miracula ex varijs Relationibus Rota, in quibus diſcuſſo Dubio, an inſtantaneitas phyſica eſſet neceſſaria, reſolutum fuit negatiuè.*

I. IOannes Baptiſta de Moronis Mediolanenſis ex Veronica de Agutis Vxore filiam genuerat, quam vocauit Ioannam, quæ dum eſſet in faſcijs, non patefecit defectum, quo laborabat, ſed cum perueniſſet ad ætatem, vt poſſet pedibus ire, ſe illis captam oſtendit, & cum pedibus inſiſtere non poſſet, loco pedum natibus gradiebatur; Erat autem taliter læſa, vt pedes non eſſent connexi tibijs, idemque defectus erat in genibus, & dum natibus gradiebatur, pedes prout volebat, in collum immiſcebat, atque ita tribus Annis permanſit. Interim cum Infantis Parentes audirent grandia, & frequentia Miracu-

racula, quæ meritis Serui Dei Caroli edebantur, Ioannam à Margarita famula ad Sepulcrum deferendam curauerunt, quam etiam Mater comitata fuit deferens ad Sepulcrum vestem holosericam intertextam, quam Acta vocant *di Velluto nero* ad opera. Dum Mater ibi consisteret, & coram Sepulcro preces funderet, vt filiæ sanitas restitueretur, quæ etiam præeunte Francisco fratre orationem Dominicam, & salutationem Angelicam recitauit, Infans per se ipsam in pedes se erigere cœpit, & crates ligneas Sepulcrum circumstantes apprehendit, & his vocibus læta clamauit, Omamma, ò Mamma in pemi in pemi, & cum ad Matrem semper in oratione perseuerantem progressa esset Infans cratibus inhærendo, quod nunquam anteà præstare potuerat, intellectum est per Miraculum petitam gratiam fuisse obtentam, quod euidentius patuit, cum de Ecclesia ad Domum peruentum fuit, vbi Infans per se in pedes se erexit, quod nunquam anteà fecerat, & capsis, siue arcis inhærendo super pedes progrediebatur per domum quoque pedibus insistendo pergebat non tamen ita liberè, quia nunquam habuerat vsum eundi, cœterùm illius, & sequentis diei spatio cum magno Parentum stupore liberè ambulauit &c.

Non obstat, quod statim ab initio receptæ sanitatis, & facti Miraculi Infans perfectè non ambulauerit, quia respondetur primò à Testibus supradictis superari difficultatem, nam propter insuetudinem gradiendi Puella ab initio non satis perfectè, & tutò gradiebatur.

§. 2. Disputatur, àn successio temporis in Miraculis faciat cessare rationem Miraculi, & concluditur quod non, prout indicant plura Sacræ Scripturę exempla.

Secundò respondetur, quod licèt quandocunque in quibusdam Miraculis successio quædam temporis esse videatur, id tamen non facit cessare naturam Miraculorum, nam Deus, qui ad preces, vel nutum hominis Miracula operatur, subitò et in instanti illa operatur, licèt quædam Miraculum ipsum subsequentia fiant in tempore, vt in vlceribus, & febribus malignis, & alijs infirmitatibus lethalibus, ex quibus moriendum est, Miraculum consistit in tollenda malitia morbi, quæ naturaliter virtute medicamentorum, herbarum, aut rerum naturalium superari non poterat; Quod autem posteà successu temporis claudantur labia vulnerum, obducantur cicatrices, & imbecillitas depellatur, non facit cessare Miraculum, quod quamuis multis exemplis ostendi potuisset, vno aut altero, vt veritas similium Miraculorum elucescat, breuiter demonstrabitur.

Libro 4. Regum cap. 20., & libr. 2. Paralipomenon. cap. 32., & Isaiæ cap. 38. Rex Ezechias ad mortem ægrotauit, & quia vulnus erat lethale, nisi Diuina misericordia subuenisset, omninò mortuus fuisset, & quamuis per Miraculum fuerit liberatus, non tamen confestim sanatum est vulnus, sed adhibitis medicamentis, & consueto ordine naturæ seruato; Ait enim scriptura Isaiæ cap. 38., & iussit Isaias, vt tolleret massam de ficis, & cataplasmarent super vulnus, & sanaretur; Hæc ibi. Vndè apertè constat, quod licèt virtute Diuina fuerit sublata malignitas morbi Ezechiam interficientis, curatio tamen vulneris ex arte Medicorum processit, adhibito videlicèt cataplasmate de ficcioribus ficis contusis, vt omnis sanies vulneris in cutis superficiem prouocaretur, vt sapienter ibidem interpretatur Sanctus Hieronymus.

Idem Sanctus Hieronymus epist. 49. ad Innocentium luculenter enarrat Miraculum de Muliere Vercellen. sæpiùs icta, & quia innocens erat, non adultera, Christo protegente munita, Miraculo fuit liberata, idest à cer-

certissima morte erepta, sed vulnera accepta paulatim fuerunt in cicatricem obducta.

Simile est Miraculum, quod Sanctus Suuibertus in personam cuiusdam Brunonis operatus est, vt narrat Marcellinus Presbiter in Vita Suuiberti cap. 8. quam refert Surius tom. 2. die prima Martij, Bruno in bello grauia, & lethalia vulnera acceperat, & nuncupato Voto S. Suuiberto, à morte liberatus est, & deindè paulatim à lethalibus vulneribus sanatus.

Verum ergo est in his vulneribus, seù infirmitatibus, quæ vel à principio ex suo genere lethalia sunt, vel ex subsequutis accidentibus lethalia efficiuntur, itaut necessariò mortem sint allatura, vel aliàs per naturam curari non possunt, quales sunt inueterata paralyses, & membrorum, seù neruorum contractiones, quando per Miraculum sanantur, totam vim, & naturam Miraculi in eo consistere, vt virtute Diuina in instanti auferatur illa malitia vulneris, vel infirmitatis, quæ necessarium interitum afferebat, & virtute medicamentorum, vel beneficio naturæ auferri non poterat, vel sanari.

Cætera verò, quæ beneficio naturæ recuperari possunt, qualia sunt conglutinatio labiorum vulneris, obductio cicatricis, liberatio ab imbecillitate, seù recuperatio virium, & firmitatis, & alia huiusmodi non est necessarium fieri in instanti, & quamuis fiant seruato consueto naturæ ordine, non faciunt cessare Miraculum.

In Bulla Canonizationis *Bullar. Magn. tom. 3. pag. 256. §. 41.* : Non minoris momenti est, quod operatus est Dominus Sancti Pontificis meritis in altera Infante nomine Ioanna de Maronis eiusdem Ciuitatis, Matre ad Sepulcrum eius similiter orante, cum enim infans neruis, quibus tibijs illigantur pedes, genibusque resolutis nata esset, itaut incedere minimè posset, ac pedes in humeros, cum vellet, liberè attolleret, & quartum iam ætatis Annum egressa esset, fama Miraculorum Beati Caroli excitati Parentes ad eius Sepulcrum illam cum oblationibus deferri curant, indequè vitio sublato, sana domum defertur.

Ex eadem Relatione.

MIRACVLVM DECIMVM SEXTVM.

Aurelia de Angelis à cancri morbo sanatur.

II. AVrelia de Angelis Vxor Antonij de Tabiatis in crure sinistro grauissimam, & valdè periculosam cancri ægritudinem patiebatur, vndè horrendis doloribus cruciabatur, crus enim euaserat vlcerosum, & fistulis oppletum, & à genu inchoando, & descendendo versùs collum pedis sanies copiosè defluebat, & in calcaneo, vbi foramen cancer aperuerat, aliquot nerui frusta marcida ex-

extracta fuerunt, & similiter in genu aderant plura foramina, in quibus turundæ plures [latine tasti acta vocant] mittebantur. Ex hac morbi vehementia febris quoque orta cruciabat; Aurelia nisi cum vocciolis ambulare non poterat, sanies, quæ ex crure defluebat, tam grauem odorem emittebat, vt Chirurgus sæpè deliquium pateretur, itaut linteolis aceto aspersis eum reficere oporteret; Caro, quæ putrefiebat, sæpè secabatur. Tribus annis Aurelia hoc morbi genus perpessa propinquam expectabat mortem, quia licèt Maritus diligenter curasset hadibere omnia opportuna medicamenta, illa tamen nihil profuerunt, quinimmò ægra in deteriorem statum ruebat. Quamobrem ad diuina remedia recurrendo Seruum Dei Carolum intercessorem adhibendum decreuit, cuius Imaginem domi depictam habebat, in cuius conspectu Aurelia has preces fundebat, vt postquam per tot Miraculorum operationem aliorum saluti consulebat, sibi etiam consulere dignaretur, vt à cruris morbo sanaretur; votum etiam concepit eundi ad Templum eius Sepulcrum veneratura, & candelas ad illud accensura. Concepto voto, & oratione præmissa, sequenti die mane plagam per longitudinem, & latitudinem ad duorum digitorum magnitudinem solidatam inuenit, & sanie, & apostemate mundatam, Febris etiàm recessit, quam Aurelia continuò patiebatur, & trium dierum spatio plaga omninò fuit sanata, & solidata, crus verò, quod malignitate morbi, contractione neruorum fuerat restrictum, distentum fuit. Aurelia sanitate recuperata votum Carolo reddidit, & cereum vnà cum crure cereo ad Sepulcrum detulit Testimonium euidens receptæ optatæ sanitatis &c.

§. 3. Ad Miraculi firmitatem sat est, morbi malitiam in instanti auferri.

Non obstat, quod Aurelia post Miraculum, & receptam sanitatem eundo crure sinistro paulùlum claudicaret, vt ipsamet testatur fol. 743. pag. 2. vers. respondit, signorno; quia iste defectus, qui ex grauissimo morbo, & portione nerui secta remanserat, non excludit Miraculum in eo consistens, vt suprà explicatum est, quod malignitas morbi per naturam incurabilis Diuino Miraculo in instanti fuit sublata, & plaga fuit carne repleta, vt præcitato loco explicat ipsamet Aurelia.

Ex eadem Bulla §. 42. Aurelia de Angelis cancri morbo grauissimo, multùm inueterato, cum febre, & acri dolore in sinistro crure affecta, quem Medici insanabilem humana arte iudicauerant, ad Serui Dei auxilium conuersa, ac voto suscepto, eiusque sepulcrum venerationis causa cum se adituram vespere proposuisset, mane à febre libera, sanescere mirum in modum crus cæpisse cernit, ac triduo penitùs conualuit.

Ex

Ex Relatione Canonizatione B. Iuliani à S. Augustino.

CAPVT XIX.

Sanatio Paralysiæ, & phrenesiæ.

III. GAbriel filius Garziæ Incolæ Oppidi de Anchuelo, cum esset ætatis annorum quinque incidit in morbum paralysiæ, & phrenesiæ, quæ infirmitas per triginta dies durauit, & ex eis per quatuordecim absque loquela remansit, itaut morti proximus renunciaretur, & tunica iam pro pheretrali amictu esset præparata. Verùm Ioannes Pater, & Thomasia Mater Gabrielis eandem tunicam frumento plenam Seruo Dei Iuliano obtulerunt, vouentes tenere Puerum per nouem dies in Cappella eiusdem Serui Dei, & indè statim conualere cæpit, & intra quatuor dies vires integras reassumpsit, proùt deponunt Ioannes Garzia 332. Testis, eiusdem Ioannis Vxor *ead. part.* 2. *fol.* 410., quod nobis omnem naturæ ordinem excedere visum fuit, & à Deo Omnipotenti operatum per intercessionem serui sui Iuliani.

Quia Paralysiæ morbus eo, quod inter difficiles numeretur propter læsionem, quæ cadit in plures musculos, & generet motus vehementes in membris, vt in Canonizatione Beati Pasqualis ex Galeno, & Auicenna fuit ponderatum in sexto Miraculo, tanto magis auget Dei gratiam per intercessionem Serui sui indultam.

Et quamuis Ioannes Pater deponat, Gabrielem intra quatuor dies in totum conualuisse, hoc tamen de Miraculo nihil detrahit, proùt de letaliter febricitanti, qui cæpit conualere, & quarto die pristinam recuperauit salutem, dictum fuit in eadem Beati Pasqualis Canonizatione in octauo Miraculo. §. 3. Nec etiam perfecta sanatio post quatuor dies consecuta.

Ex

Ex Relatione Canonizationis S. Isidori Agricolæ.

MIRACVLVM SEPTIMVM.

De laboranti per tres menses continuos malignis febribus, vomitibus, & ventris profluuio, & à Medicis desperato, & Sacramentis etiam Extremæ Vnctionis receptis, & in articulo mortis constituto intercessione Beati Isidori, & bibendo de aqua illius Fontis repentè sanato.

IV. Hilarius Cimbron Notarius, & Incola Matriti in quandam febrim malignam incidit cum vomitibus, & ventris profluuio, sicque durauit per tres menses, in quibus Dominus Hernandez Medicus M. C., & Dominus Ludouicus de Orezon Medicus, & Chirurgus illum visitarunt, & quam plurima remedia adhibuerunt, emissionis sanguinis, purgationis, cucurbitarum, fomentationum, cordialium, vnctionum, & infirmitas in tantum deuenerat incrementum, vt nulli penitùs remedio cederet, sicque infirmus debilitatus, & viribus destitutus existebat. Quamobrem Medici ordinarunt ministrari illi Sacramenta, & tandem Extremam Vnctionem, & videntes infirmi statum Medici quadam nocte illum dereliquerunt desperatum, cum animo ampliùs ipsum non visitandi, quia, & candelam Beatæ Mariæ de Rosario quasi constitutus in articulo mortis incensam habebat, & eius Pater ipsum ad benè moriendum adiuuabat, Deoque commendabat, quia prædictus Dominus Hernandez dixerat, vix ad tertiam noctis horam peruenire posse. Ipse autem Ægrotus Deuotione Beati Isidori illi se ex corde commendauit, & aquam illius fontis bibendam petijt instanter, quam illi Dominus Hernandez denegauit dicens esse crassam, & quod citiùs illam bibendo moreretur, stante ventris profluuio. Postquam autem Medicus recessit, idem ægrotus perstitit in petenda dicta aqua, quæ fuit illi ministrata per quandam mulierem illic astantem, & continuò proùt illam bibit, Sanctoque Isidoro se commendauit, somno fuit correptus, & sudore

per

per duas horas, & excitatus à somno se ipsum inuenit liberum à febre, & infirmitate, adeoùt si debilitas permisisset, illicò à lecto surgere potuisset, & circa mediam noctem dictus Dominus Hernandez, qui Hilario erat vicinus, se contulit ad illum videndum, credens iam obijsse, & illum inuenit cum tanta melioratione, vt valdè admiratus remanserit, & quæsierit, & audierit, quod euenerat, vt suprà dictum est, sicque firmauit, Miraculum maximum esse, & sequenti die mane alter Medicus Dominus Orezon accessit ad eundem Infirmum, quem in dicto statu notabilis meliorationis inuenit, illique fuit renunciatum quid acciderat, & obstupuit, admirationeque plenus vnà cum dicto Hernandez firmauit, illud Matriti acclamarunt, maximè quia post hæc nullum aliud remedium naturale Infirmo adhibitum fuerat, & infra octo dies omninò incolumis à lecto surrexit.

Quin, & factum prædictum sic probatum Miraculo adscribendum fore censuimus operatum per Deum Omnipotentem Intercessione Serui sui Isidori, cum constet de grauitate, & malignitate infirmitatis, & quod durauit per tres menses, & de remedijs quamplurimis illi adhibitis, quibus infirmitas cedere nunquam voluit, & de statu desperationis ad quem peruenit, itaut Medici tanquam omninò moribundum dereliquerint, credentes in illa nocte obiturum, considerantesque aquam dicti fontis, quam bibit, iuxtà dictum Medicorum, stante ventris profluuio, mortem acceleraturam, & quod post quam illam bibit, & Deuotione Beati Isidori Deo, & illi se Infirmus commendauit, illicò somnus, & sudor superuenerunt, à quo excitatus repentè sanus, & à febri, ac dicta infirmitate liberatus fuit repertus, quæ rèpentina sanatio coniuncta proximo statui lethali, in quo Infirmus existebar, manifestum, insigneque Miraculum inducit, *Archid. in cap. nec mirum 26. quæst. 5. num. 8.*, & ibidem *Bellam. num. 3.*, *& 9.*, & hoc non quia natura non possit remedia similibus ægrotis præbere, sed quia non incontinenti, & modo, quo Hilarius sanitatem recuperauit; vndè quoad modum istud factum excedit, superatque omnes vires totius naturæ creatæ, sicque adscribendum tertio gradui existimauimus ad tradita per D. Thomam *art. 8. in corp. vers. tertio modo*.

„ Non obstare videtur, quod non illicò potuerit infirmus è lecto sur-
„ gere, quin octo dies prius transierint, quia respondetur, non eo
„ minùs huiusmodi sanitatem repentè recuperatam dici debere, cum
„ malitia infirmitatis, quæ ad articulum mortis infirmum perduxe-
„ rat, sit consideranda, ab illoque in instanti infirmus fuerit libera-
„ tus, quanquam posteà antè octauum diem à lecto omninò incolu-
„ mis surgere non valuerit, hoc enim ex accidentibus, nempe ex
„ debilitate maxima à malatia, & diuturnitate infirmitatis causata
„ prouenisse clarum est, & pro Miraculo sufficit instantaneà libera-
„ tio à malitia infinitatis, quæ ægrotum mortui destinabat, vt per
„ *Archid.*, *& Bellam. vbi suprà*, *Castellan. de Canon. Sanctor. quæst. 6.*
„ *princ. versic. quæro an sit necesse per tot.*, & pluriès fuit firmatum
„ in alijs Relationibus.

§. 5. Pro Miraculo sufficit instantanea liberatio à malitia infirmitatis.

Ex Relatione facta in Consistorio Secreto, proùt penès *Coutilorum de Canon. Sanctor. pag.* 750. Hylarium Cimbron post vomitum, & dyssenteriam trium mensium febri mali moris correptus de corporis

ris salute penitùs desperat: Sed dum recepto Sacramento Extremæ Vnctionis, viam vniuersæ carnis ingressurus putatur, solo poculo aquæ fontis Isidori ad integram sanitatem reuocatur.

Ex Relatione Canonizationis S. Raymundi de Penafort.

QVINTVM MIRACVLVM

Editum post obitum B. Raymundi de sanato à Peste:

V. Recentia quoque Miracula eandem Beati Viri sanctitatem non obscurè indicabant, nam cum Anno 1559. grauissima Pestis Barchinonæ grassaretur, quæ multos mirabilitèr sustulit, tunc nobilis quidam Vir nomine Michael Amat ea peste correptus, & à Medicis derelictus, Sacramento Extremæ Vnctionis ritè munitus animam agebat in ea angustia positus; iam moribundus B. Raymundum corde, & animo (ore enim non poterat) orauit, vt prò se apud Deum intercederet, & ab illo morbo valetudinem sibi impetraret. Hac oratione præmissa, in eodem instanti visus est sibi apparere B. Raymundus, qui ipsum Testem tetigit, & linteum, quo eius Confessarius, quando hunc Michaelem pro mortuo relinquens faciem eius obtegerat, amouit, & statim cæpit conualere, & eodem die à lecto surrexit.

Hoc factum probant idem Michael Amat, in cuius persona factum fuit, qui est 50. Testis Processu Remissoriali ad 10. Interr. fol. 199. pag. 1. & Frater Bartholomæus Cassaneus ex Ordine Prædicatorum eiusdem Michaelis Confessarius Testis 77. in Processu Remissoriali ad 10. Interrog. fol. 286. pag. 2.

Nos sine vlla difficultate hoc factum fuisse verum Miraculum censuimus, & consideratis præcipuis circumstantijs ab his Testibus explicatis.

Primò morbi qualitate, in quo, vt inquit Cornelius Celsus *lib. 1. de re Med. c.* 10. nemo securus esse potest.

Secundò, quià iste Ægrotus iàm fuerat à Medicis derelictus, itaùt non posset dici curatus illorum opere, imò neque ope Medicamentorum, quia ipsemet Ægrotus interrogatus cum iuramento dixit, se anteà nulla medicamenta, aùt remedia humana recepisse, & sic concurrit illa qualitas requisita ad verum Miraculum, quod non ex arte contigerit, *Glos. in cap.* 1. *in verb. Sedis Apostolicæ de Reliqu., & Venerat. Sanct. lib.* 6. cum alijs allegstis suprà in *artic.* 4. in hac secunda Relationis parte.

Tertiò Miraculum videtur factum ope Diuina per merita B. Raymundi, quod patet, quia Ægrotus postquam illi se commendauit, curatus fuit, idque in instanti B. Raymundo sibi apparente, quo facto cernuntur concurrere aliæ qualitates ad vera Miracula requisitæ, vt ex *dict. art.* 4.

Pri-

Neque huic Miraculo aliquid detrahebat, quod postquam dictus Michael a lecto surrexerat extirpata illa pestilenti febri, vulnus, quod ex ipsa remanserat, non fuit statim, & incontinenti curatum, sed adhibita fuerunt aliqua medicamenta, vt ipsemet Michael affirmabat in sua depositione ad 10. *Interrog.*

Quia respondebatur, naturam, & essentiam Miraculi in eo potissimùm constitisse, quod vis illa morbi pestilens, qua necessariam inferebat mortem, ope Diuina meritis B. Raymundi fuerit statim sublata, cętera verò curationis adiumenta, quę deindè subsecuta fuerunt absque prę-iudicio veri Miraculi, potuerunt humanis remedijs curari, vt latè ostensum fuit suprà art. 5. *huius secundę partis.* §. 5. Eadem sententia confirmatur.

Ex Bulla Canonizationis *Bullar. Magn. tom.* 3. *pag.* 115. §. 48. Anno millesimo quingentesimo octogesimo nono, dùm pestilentia Barchinonæ grassaretur, atque ingenti hominum clade inualesceret, quidam probus Vir, Michael Amat appellatus, Peste mortifera correptus, ac desperata valetudine à Medicis destitutus, Sacramentorum, atque Extremæ Vnctionis susceptione ad mortem se comparabat, sensim verò per omnia corporis membra serpente morbo, in eas redactus erat angustias, vt præclusis faucibus loqui ampliùs non posset. Quare intimo cordis, & animi affectu Beatum Raymundum est deprecatus, vt eam à se infirmitatem de pelli precibus suis impetraret, qua in oratione Beatum Raymundum sibi videre visus est atque extensa manu se contingere, quo ex facto ita omni repentè mormo leuatus est, vt eodem ipso die conualuerit.

Ex eadem Relatione.

SEXTVM MIRACVLVM:

Editum post obitum B. Raymundi de sanata à maximo fluxu sanguinis ab ore Infirmæ exeuntis:

V. ANNO 1596. Annæ Bennettæ Domicellæ Barchinonen. in ipso Festo Epiphaniæ hora noctis octaua repentè magnus fluxus sanguinis accidit copiosè tota nocte ex illius ore defluentis; vocati Medici, & Chirurgus ad fluxum sistendum aliqua medicamenta adhibuerunt; cæterùm videntes remedia humana deficere, fecerunt illam eadem nocte confiteri peccata sua, & Sacrum Eucharistiæ Sacramentum recipere, & Sacramentum extremæ Vnctionis eidem tradi, credentes, eam illa nocte morituram, & derelinquentes eam prò mortua.

Cęterùm ista Bennetta magna deuotione commendauit se precibus B. Raymundi, & petijt de terra, quæ extrahitur ab illius Sepultura, sibi adduci, qua adducta, parum ipsius terræ cum aqua bibit, qua sumpta incontinenti, *& ipso facto melius se habuit, & conualescere* §. 6. Melioratio substantiam Miraculi non tollit.

capit, & nullis alijs remedijs per eam posteà receptis, post aliquot dies actura gratias B. Raymundo, cuius meritis fuit à tam graui infirmitate sanata, Ecclesiam Monasterij S. Catharinæ deuotè petiuit &c.

Hoc factum nos verum Miraculum fuisse censuimus tum quia infirmitas non cessauit ope humana, tum quia (vt Medicus ipse testabatur, cui erat credendum, cum esset in arte peritus) ipsa fuit absque spe salutis derelicta, tum quia oratio facta B. Raymundo, & applicatio Terræ ipsius Sepulturæ satis indicabant, cui foret Miraculum attribuendum, quod ad tertium saltem Miraculorum ordinem diximus referendum:

Ex eadem Bulla §. 49. Hoc aliquanto recentius est. Nam anno millesimo quingentesimo nonagesimo sexto pia quędam Mulier Anna Beneta vocata, Barcinone honestis Parentibus orta, ipso Epiphanię festo, copioso sanguinis profluuio in summum vitæ periculum adducta erat, neque adhibita Medicorum remedia sanguinem vllo modo sistere poterant, neque ipsa in proximum diem victura putabatur. Quare eorundem hortatu cum sanctissimę Eucharistiæ, atque Extremæ Vnctionis Sacramenta piè, & deuotè sumpsisset, mortem expectabat. Interim in beati Raymundi præsidium toto animo confugit, ac pulueres ex eius sepulcro ad se deferri, atque in cyatho misceri sibi iussit, quibus epotis meliùs se habere cæpit, & absque vllo prorsùs alio pharmaco vitæ discrimen euitauit.

Ex Relatione Canonizationis S. Ignatij.

SEXTVM MIRACVLVM.

Ægrotus à Medicis desperatus B: P: Ignatij Imagine è collo suspensa à morte eripitur:

VII. CVM Ferdinandus Prætel de Mendoza Gubernator Marchionatus de Lombay pro Duce Gandiæ ex dicto Oppido Vallisoletum ad peragenda ipsius Ducis negotia iuisset die 29. Septembris dedicationi S. Michaelis Archangeli dicato anni 1603. in febrim incidit tertianam, quæ mox in duplicem, deindè in pestilentem vnà cum quodam mentis stupore, & extraordinarijs quibusdam horroribus ex humorum abundantia, & virium naturalium defectu causatis degenerauit.

Medici, atque ex his duo Regij, qui ad dictum Ægrotum veniebant, tertiam, vel quartam purgationem illi dederunt, & nihil intactum relinquerūt quod vim dicti morbi posset infringere, sed frustrà, quia morbus per duos menses, & ampliùs vt suprà continuauit, & vires naturales adeò defecerant, & supradicti horrores tam valdè excreuerant, vt ipsum vsque ad portas mortis deduxerint. In hoc statu à Medicis destitutus, ab eisque monitus, vt ad animæ curationem

se

se totum converteret, confessus est, communicauit, & Sacro Oleo se vngere fecit. Dum autem die 7. Decembris in Vigilia Conceptionis B. Virginis Mariæ cum P. Auila Societatis Iesu, qui ipsi moribundo assistebat, de rebus diuinis loqueretur, hortatu dicti Patris Imaginem B.P. Ignatij è collo sibi suspendi voluit, & remotis arbitris, manibus dictam Imaginem tenendo ad dictum B. Patrem clamauit, & toto corde prò obtinenda salute se illi commendauit, particularem in hoc sentiens subleuationem, & magnam consolationem. His peractis Ferdinandus, qui per multos dies quiete dormire non potuerat, & per triduum non comederat, placidissimo somno correptus est, a quo post duas horas expergefactus spiritu recepto cibum petijt. *Interim accersitus Medicus pulsum explorat, & cùm notabili melioratione, nulla præcedente euacuatione, illum invenit, sumptoque cibo iterùm se quieti per totam noctem dedit manè longè meliùs habuit, & die 13. eiusdem mensis S. Luciæ dicato funus in rigore hyemis per Montes perfrigidos in Societate cuiusdam Procuratoris Curialis equitans Valentiam, quæ itinere nouem dierum Vallisoleto distat, profectus est &c.*

Sanitatem autem fuisse miraculosam, suaserunt nobis plura, quæ in supradicto facto recensita fuerunt.

Et primò grauitas morbi; opprimebatur enim febri continua, & tertiana duplici, pestilentiali, & venenosa, & bis, vel ter in die ægrotanti existenti debili ex causis suprà narratis superueniebant horrores validi, quos lethales esse ægro existenti debili testatur Hyppocrates 4. aphor. 46, qui insuper cum alijs symptomatibus supradictis ostendunt summum morbi vigorem, & copiam materiæ putridæ, & venenatæ, quæ omnia morbum lethalissimum esse demonstrabant, proùt etiam res ipsa monstrauit, deduxerunt enim ægrotum vsque ad extremum vitæ.

Cum autem magnitudo morbi innotescat vel ex læsæ partis dignitate, vel ex vehementia, & magnitudine morbi, vel ex læsione facultatis nostrum corpus gubernantis, vt ex *Galeno tradit Mercurial. in sua pract. medicin. lib. 5. in tract. de febr. C. 8.* non longè post medium *vers.* adesse etiam in omni putrida, manifestè patet, morbum huius ægroti fuisse maximum. In eo enim partes principales corpus gubernantes, & regentes non solùm læsæ, sed penè destructæ erant; facultas enim vitalis, quæ in corde residet, ad summam debilitatem deuenesat, vt supradictum est, & semper accidit in febri pestilenti, & præsertim diuturna. Animalis enim facultas læsa erat, quia aderat mentis stupor, ex quo cerebrum læsum fuisse ostendebatur, vt per *Galen. in aphor. Hyppocr. comment. 7. aphor. 14.* Naturalis quoque penè destructa erat à febre putrida, magna, & maligna, quæ calore suo præternaturali, & putrido calorem naturalem, & omnes operationes naturales ex eo prouenientes debilitat, & destruit.

Plura medicamenta adhibita, & tertia, vel quarta purgatio, quæ nihil profuerunt.

Destitutio Medicorum, qui dixerunt, impossibile esse, quod Ferdinandus viueret, & illum vt mortuum reliquerant.

Particularis subleuatio, & magna consolatio, quam sensit Ferdinandus, quando dicta Imago eius collo appensa est, & ipse se dicto B. Patri commendauit.

§.7.
·fecta virium re- ·eratio ad quin- : dies protracta ·raculo non de- ·hit.

Notabilis melioratio statim post appensam Imaginem, & inuocatum auxilium dicti B. Patris cum bona sanitate subsecuta, & adeo perfecta, quod potuerit infra quinque dies in societate aliorum viatorum in rigore hyemis per montes perfrigidos itinere nouem dierum equitare Valentiam.

Iudicium Medicorum, & opinio supradicti Ferdinandi, & Melchioris, qui dictam curationem Miraculo attribuerunt.

Cumque interuenerit applicatio Imaginis, & expressa inuocatio dicti B. Patris Ignatij, illam ipsius intercessioni adscribi debere non dubitauimus.

Ex Bulla Canonizationis *Bullar. Magn. tom. 4. pag. 13. §. 37.* Ferdinandus Pretel de Mendoza cum in febrim incidisset tertianam, quę mo in duplicem, deindè in pestilentem vnà cum mentis stupore, & extraordinarijs horroribus ex humorum abundantia, & virium naturalium defectu accidentibus degenerauerat, & ex multis purgationibus incassum adhibitis, vis morbi adeò aucta esset, vt a Medicis destitutus in supremo jam mortis discrimine versaretur, ritè confessus, & communione instructus, ac sacro perunctus oleo, manibus tenens Imaginem Beati Ignatij, quam collo pendentem gestabat, & ex toto corde illi se commendans, conualescere cæpit, & morbo est liberatus.

Decas aliorum Miraculorum, in quibus perfecta sanitas, seù recuperatio virium dilata est ad plures dies.

I. In Relat. Canon. S. Francisci Xauerij Mirac. 5. pag. 55. de Puero loripede, ibi = Mater Sepulcrum illius per nouem dies visitaturam se promittens, cumque votum cæpisset adimplere, tertia jam die suis stare pedibus, & ambulare cæpit, itaut indè meliùs se habens intrà nouem illos dies crura carne repleta sint &c.

II. Et Mirac. 12. de homine vnum crus altero breuius cum vlceribus habente, ibi = liberatus est a dictis vlceribus, & dyssenteria, & intrà triduum perfectam omninò recuperauit sanitatem.

III. Et Mirac. 12. pag. 60. de Muliere paralytica, & cæca, ibi = Inuocato Xauerij nomine statim meliùs habere cæpit, & intrà septiduum recuperauit vsum oculorum.

IV. In Relat. Canon. S. Thomæ à Villanoua apud Contelor. pag. 683. de Puella ad extremum redacta, ibi = Illicò voto emisso melius habere cæpit, ac triduo post perfectam sanitatem adepta est.

V. Et pag. 687. de Homine claudo, ibi = Aggressusque nouenam ibidem celebrare, die tertia fulcimentorum alterum, & priusquam nouena impleretur, vtrumque dimisit.

VI. Et pag. 688. de Homine varijs in crure vlceribus cum violenta febre correpto, ibi = Voto facto &c. tam a febri, quàm a cruris affectione intrà triduum omninò liberatus est.

VII. In Relat. Canonizat. S. Isidori apud Contelorum pag. 749. de Muliere in cruribus vlcera habente, ibi = Ejus intercessione implorata sta-

ſtatim abſcedit dolor, & ſpatio tridui nullo alio adhibito medicamento conualeſcit.

VIII. In Relat. Canonizat. B. Corſini penès Lezanam tom. 4. cons. 1. pag. 33. num. 269. de Muliere leproſa ibi = Licèt interceſſerint, octo dies, attamen attenta ſubita melioratione, & quod octo dies non erat tempus ſufficiens ad curationem tanti morbi, nullo maximè adhibito remedio exteriori, viſum fuit non ceſſare vim Miraculi.

IX. In Bulla Canon. S. Ignatij Bullar. tom. 4. pag. 13. §. 36. de Muliere hydropiſi laborante, ibi = Voto Deo facto, ac Imagine dicti Beati ventri admota ſtatim meliùs ſe habuit, depulſuſque eſt morbus obſtructionis, & hydropiſis ita prorsùs, vt intra tres, vel quatuor dies detumuerit venter, & exindè illa ſe benè habuerit.

X. Et in Bulla Canon. S. Catoli apud Contelor. pag. 775. de Muliere, febre & cancro vexata ibi = Eiuſq; Sepulcrum venerationis cauſa cum ſe adituram veſpere propoſuiſſet, mane a febre libera ſaneſcere mirum in modum crus cæpiſſe cernit, & triduò penitùs conualuit.

SEXTUM MIRACULUM.

APPROBATUM

AB ILLUSTRISSIMO LANCISIO

Liberationis instantaneæ Sororis Virginiæ ab incurabili, & hæreditaria Epilepsia per apparitionem, atque intercessionem Seruæ Dei.



1 Soror Virginia Monialis Conuersa in Monasterio Sancti Bernardini annorum triginta, genita ex Patre semiparalytico, & cui fuit Frater, qui vixit, & obijt Epilepticus, mense Martij anni 1709. frequentioribus, & grauioribus paroxysmis vexari cæpit. Plura medicamenta à Medicis per spatium quatuor mensium, & vlterà cum præscriptione dietæ prohibitione vini, & cuiuscunque alterius cibi noxij fuerunt illi propinata; & nihilominùs non obstante quacunque cura, atque experimento facto, cum semper in peius rueret, à Medicis fuit iudicata Epileptica incurabilis, ideòque à quolibet medicamento abstinuerunt à mense Maij vsque ad sextam diem Decembris, quo oppressa fuit vltimo paroxysmo. Testis II. pag. 27. §.102. *E questi medicamenti durarono per quattro mesi continui; onde vedendo gli Signori Medici l' inefficacia de' medicamenti stimarono, e giudicarono il male per incurabile, e perciò abbandonata la cura si protestarono, che erano vane tutte le operazioni*. V. Testis Medicus ordinarius pag. 49. §.331. *E perche continuauano gl'istessi parosismi, e sintomi, credei il male incurabile, e perciò ordinai, che non li dessero altri medicamenti per tutta la State, e Autunno*.

2 Mensibus æstiuis, atque autumnalibus epileptici insultus aucti sunt tum in numero, tum in qualitate, nam singulis nouilunijs, plenilunijs, & quadrantibus truculentiùs correpta fuit cum totali priuatione sensuum internorum, & externorum, spuma ex ore emissa, à quibus non se remittebat nisi post horam, & aliquando etiam seriùs, immò postquam dicti insultus cessauerant, per aliquod temporis spatium turbatio, ac confusio mentis perdurabat. Porrò inter Paroxysmos memorabilis præ cœteris fuit ille, quo misera Monialis correpta fuit sexta die Decembris eiusdem anni 1709. Durauit enim per horas septem, videlicèt à decimaquinta vsque ad vigesimamsecundam cum totali mentis, & sensuum deperditione, ad quorum reuocationem adhibuerunt Medici cucurbitulas scarificatas, plantarum frictiones aceto, & sale, extorsiones digitorum, ac demùm vstionem in occipite.

 3 Indi-

3 Iudicium Medicorum, morbum Virginiæ fuisse insanabilem, tribus validissimis fundamentis nitebatur; primò, quia agebatur de epilepsia hæreditaria (nam eiusdem Frater, vt superiùs diximus, ex hoc morbo perierat, & Pater vsque ad obitum fuit paralyticus.) Epilepsiam hæreditariam esse incurabilem grauissimis auctoritatibus probauit Dominus Lancisius in suo Voto *pag. 33. §. Neque intereà*, vbi inter cœtera adduxit ex Zacuto exemplum Epileptici, cuius octo filij, & tres Nepotes in medio ætatis flore per multos annos miserrimè epilepticis insultibus excruciati vitam ducebant, quos omnes hic insuperabilis morbus vsque ad mortem, nullis proficientibus auxilijs, est comitatus; & rationem protulit Doleus, quia hæreditaria Epilepsia ob cerebri pororum dispositionem vitiatam nullis cedens medicamentis tolli nequit, estque insanabilis.

4 Secundum, quia morbus ingrauescere cæpit, postquàm ad annum trigesimum peruenerat, & sic in ætate iam firma; vndè eum ex mutatione ætatis spes sanationis penitùs defecisset, pro deplorata teneri debebat. Distinguit enim Zacchias *in Quæstion. Medicoleg. tom. primo lib. 8, tit. primo de Irregularit. pag. 590. num. 10.* inter eos, qui prehenduntur huiusmodi insultibus, aliquos sanari ex mutatione ætatis, exempli gratia si sanitas obtineatur ante decimumquartum annum, aut ante vigesimumprimum, aut ad summum vsque ad vigesimumquintum: in alijs verò mutationibus ætatis non habere locum hanc spem, ibi = *Quod tamen non habet locum in aliarum ætatum mutatione, quippè cum epilepsia post prædictos annos perseuerans nullo modo ampliùs recedat, sed potiùs ingrauescat, vt patet ex sententia Hyppocratis lib. 5. aphor. 7. &c.*

5 Tertium eruitur, ex quo epilepsia nostræ Sanctimonialis non erat accidentalis, procreata scilicèt ex consensu vaporum, vermium, aliorumque humorum è stomacho prouenientium, aut alijs causis externis, in quibus terminis facilè expellitur; sed erat essentialis, incuneata scilicèt in partibus organicis cerebri, ideòque nullis pharmacis, alijsque remedijs remouibilis, prout tenet Zacchias *tom. primo Quæstion. Medicoleg. lib. 8. tit. de Irregul. pag. 589. num. 8.*, ibi = *Notandum prætereà, quod epilepsia laborans grauissima, ac tali, qualem Canonistæ describunt, & præcipuè Maiolus lib. 2. de Irregul. cap. 16. num. 2., & seq. nunquam omninò curabilis est, quia causa excitans morbum violentissima fuerit, oportet, vndè morbus tam magnus sit excitatus, qui organum ipsum insigniter labefactauerit, & maximam impressionem fecerit, quam remouere est penè impossibile.* = Quod autem esset essentialis, non accidentalis, ex eo dignoscitur, quod accidentalis non habet certum typum, & insultus sunt leuiores; essentialis verò patitur paroxysmos grauiores cum totali sensuum internorum, & externorum deperditione, spuma ex ore, ac motibus conuulsiuis, & recrudescit singulis Lunæ quadraturis, ac iuxtà periodum Lunarem cum nouis paroxysmis commensuratur; ideòque, qui essentiali epilepsia laborant, Lunatici appellantur, prout aduertit Zacchias *in Quæstion. Medicoleg. tom. primo lib. 2. tit. primo quæst. 14. pag. 39.* vbi *num. 28.* reprehendit Alciatum, qui energumenos Lunaticos denominari asseruit; & ait, *quod energumeni sunt, qui à malo spiritu vexantur, & licèt interdùm Dæmoniaci fiant Lunatici, cuius rei exemplum habetur in Sacris Matth. cap. 17. vers. 16. tamen nonsemper Lunatici sunt Dæmoniaci.* Illustrari etiam rem dicit per *Text. in l. Bouem, ff. de ædil. edict. §. Aliquando*, vbi Iurisconsultus firmat, non expedire Domino, Seruum habere Lunaticum, ex hoc quia singulis mensibus in morbum relabitur, itaut nulliùs penès vsus sit, imò potiùs maximi incommodi. Eandem doctrinā

repe-

repetit *lib.4.tit.1.quæst.8.de Mirac.sub n.20.Lunaticus morbus proprijssimè loquendo epilepsia est, molesta, & confirmata, & qua secundum Lunæ motus exarcebatur, & inualescit, fortioresque patitur accessiones, ideòque Lunaticos aliàs dixi à Dæmoniacis differre, non enim omnes Lunatici Dæmoniaci sunt, neque viceuersa omnes Dæmoniaci sunt Lunatici, sed aliqui interdùm Dæmoniaci operâ ipsius Dæmonis Lunatici efficiuntur, qualis erat ille, de quo Matth. cap.17.* Et infrà *sub num. 23. Hyppocratis sententia locum non habet, vbi epilepsia ob frequentiam accessionum, & ob earumdem fortitudinem iam habituata est, & naturam sibi subegit, vt cum aduenit quolibet nouilunio, vel plenilunio, & cum magna agitatione, & distorsione membrorum, & cum grauibus alijs symptomatibus, tunc enim tantùm abest, vt ætatis mutatione curetur, vt in dies potiùs molestior euadat, & si medicamentis tractetur, irritetur potiùs, quàm secùs; & ratio est, quia ex sui natura talis est, vt vbi radices altas egit, auelli vnquam non possit, sed vniuersam corporis crasim, siuè temperaturam deuastet, vt in cancris, similibusque morbis melancholicis obseruare licet.* = Et infrà = *In Lunatico ergo à Christo Seruatore sanato vides hæc omnia in vnum coijsse, quia, vt dicitur, Lunaticus est, & malè, hoc est grauitèr, & miserabiliter patitur, nàm sæpe cadit in ignem, & crebrò in aquam, quibus verbis denotatur in eo accessiones fuisse fortissimas, & frequentissimas morbum decernentes sola Dei virtute amouibilem.*

6 Si quodlibet ex hisce fundamentis diuisim sumptum constituit epilepticum incurabilem, satis in aperto est, quid dicendum sit in casu nostræ Patientis, in quo hæc tria simul concurrebant. Quamobrem esto, quod passim Epileptici saneutur, id verincabitur, vel de illis, qui non ex seminio Parentum veneficam tabem in neruis imbiberunt, vel de alijs ætatem consistentem nondum assecutis, vel demùm de illis, qui leuioribus insultibus fuerunt attacti, aut hoc morbo per consensum, non verò per essentiam laborant. Certè nullum credimus afferri posse casum Epileptici liberati, in quo hæc tria concurrerent, seminium hæreditarium, ætas iam constans, & virilis, & epilepsia iam confirmata. In hisce terminis liberatio vnicè potest obtineri à Diuina potentia, & intercessione Sanctorum, eorum præsertim, quos Deus vult etiam in terris glorificari, prout in præsenti themate, in quo Sanctimonialis redacta penè ad vltimum agonem in postremo paroxysmo, quo oppressa fuerat die sexta Decembris anni 1709. implorato patrocinio Vener. Hyacinthæ tùm die præcedenti ad paroxysmum, tùm in ipsius paroxysmi aggressu, tùm in eiusdem declinatione, meruit ab eadem confortari visione, & de reddita sanitate certior fieri per hæc præcisa verba = *Col nome di Dio siete guarita, io son Suor Giacinta Marescotti.*

7 Omissà enim quæstione super qualitate dictæ Visionis, an fuerit in vigilia, an in somnis, an physica, an in phantasmatibus [concedimus enim libenter nihil certi posse deduci circa hoc punctum ex depositione ipsius Virginiæ sanatæ] realitas Visionis verificatur ex effectibus, & sanitate illicò, & eodem momento perfectè recuperata. Duo enim sunt post cessationem symptomatis, quibus Ægra, si naturaliter illud cessasset, cõqueri debebat, primum ex reliquijs ab intrà ipsius symptomatis, alterum ab extrà ex violentis remedijs, quibus à Medicis affecta fuerat. Cum autem immunis illicò euaserit ab vtrisque, hoc non potest tribui nisi virtuti diuinæ, & verificationi Visionis Ven. Seruæ Dei. Expendit primum Medicus Marcuccius *pag.58. §.420.* ibi = *Questa sanazione con le circostanze sopra riferite io la giudico miracolosa, e soprana-*

turale, perchè dopo il parosismo douea l'inferma lagnarsi di dolor di testa, sbalordimento, languor di forze, abbattimento di membri, sensazioni dolorose negli articoli, timori, angustie interiori, malinconia, ed altri mali effetti, non ostante l'applicazione de' remedj; onde sentendo, che da detto parosismo restò sanata senz' alcun minimo di detti segni anzi con sanità perfetta &c. queste sono le circostanze grandi, quali mi fanno concludere, e giudico, che detta sanazione sia miracolosa.

8 Quoad secundum reuocari debet ad memoriam, quoad cum postremum symptoma durauerit per horas septem, videlicèt à decima quinta vsque ad vigesimam secundam, Medici, & Moniales verentes mortem in ipso symptomate, adhibuerunt cucurbitulas sacrificatas, exrorsiones digitorum, plantarum frictiones aceto, & sale, ac demùm vstiones in occipite. Ex tot autem tormentorum speciebus nullum sensum doloris remansisse in Patiente, sed in momento à cunctis fuisse liberatam, non effectui naturali, sed supernaturali tribuendum omninò censemus. Res constat ex dictis Testium; ipsamet Sanata *pag.* 25. §. 87. *Immediatamente subito mi sentij del tutto guarita, e perfettamente sana, non sentendo nè meno dolore delli strapazzi, frizzioni, botton di fuoco, coppe, e altri rimedj violenti, che mi furono applicati, come non fossi stata mai male, richiesi all'Infermiera gli abiti per vestirmi, conforme subito mi alzai.* Testis II. *pag.* 29. §. 125. *Mentre io mi ritrouauo in vn' altra stanza della medesima Infermeria, mi vidi nella detta stanza Suor Virginia sana, e libera con vna perfetta, ed intiera sanità, ed io interrogandola, perchè si fosse leuata così presto, mi rispose, che si sentiua benissimo, ed intieramente sanata, e perciò non auea bisogno di riposo alcuno; e veramente dopo che restò sana, da quel punto io vidi, e osseruai, che non aueua, nè mostraua auere alcun dolore, e molestia di qualsiuoglia sorte non solo per la grauità dell'accidente, che patì, quale li durò dalle quindici fino alle ventidue ore, ma anche per i grandi strapazzi, e medicamenti violenti, che li furono applicati, e particolarmente del botton di fuoco alla nucca, e delle frizzioni con sale, ed aceto à piedi, che li furono fatte rigorosamente, solendo queste recare vna grandissima pena, e dolore, quale necessariamente li doueua anche durare ritornata in sè, e pure con grande ammirazione io vidi, che caminaua, parlaua, operaua, come se mai auesse auuto alcun' accidente, nè patito, ò auuto per meglio dire le sudette operazioni violente.* Idem quoque deponit III. Testis *pag.* 38. §. 208. *E sò, che subito si volse leuare, e si vestì, e venne à cena con noi altre Infermiere, mangiando tutto ciò, che mangiassemo noi, e staua perfettamente sana senza sentire alcun dolore della pena dell'accidente grande, degli grandi strapazzi, e bottone di fuoco.* Testis IV. *pag.* 48. §. 315. *Io tengo per certo, che non potesse la medesima Virginia ricuperare perfettamente la perfetta loquela, caminare, alzarsi dal letto, e fare ogni operazione da sana in vn' istante, com'ella fece, dopo essere stata trauagliata per sett'ore continue da vn grauissimo accidente, quale l'auea costituita senza speranza di salute, e inoltre per gli graui, e fieri rimedj applicatili di strettore, frizzioni à piedi con aceto, e sale, e di bottone alla nucca.*

9 Vnica frictio pedum aceto, & sale est adeò dolorifica, vt penè impossibile sit moueri, Obseruarunt hanc circumstantiam Præsules electi ad constructionem huius Processus, ideòque non contenti de depositionibus Testium, iudiciali accessu in Monasterio voluerunt per semetipsos recognoscere distantiam locorum inter Valetudinarium, & Cellam Sororis Virginiæ, scalas, quas descendit, & ascendit, & post diligentem obseruationem fuerunt in voto, quod naturaliter dicta Soror Virginia

non

non poterat adeò perfectè sanari, vt posset tam liberè ambulare per tractum adeò longum, sicut in facto recognouerunt, & se declararunt Summar. Addit. pag. 94. in fin. ibi = *Quamobrem dicti Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini iudices inspectà, & consideratà tantà distantià dictarum mansionum cum adeò difficili accessu respectu Valetudinariarum, & Infirmarum, iudicarunt, dictam Sororem Virginiam nullo modo potuisse naturaliter incedere, progredi, & ascendere de vno cubiculo ad alia inter se adeò distantia eodemmet sero, quo sanata passa fuit symptoma tàm graue, & longum septem horarum, & remedia adeò aspera, & violenta, quibus eadem Infirma fuit cruciata, præcipuè in pedibus, vt à symptomate reuiuisceret, prout dicunt Testes examinati.*

10 Rebus ità se habentibus, superflua censeri poterat quæcunque vlterior cautela, etiamsi ageretur de morbo reuersiuo, vt certiores essemus de perfecta sanitate, cum expulsio causæ morbificæ satis probata remaneret per euidentiam instantaneæ cessationis reliquiarum morbi ab intrà, & ab extrà, doloris ab initiatis cruciatibus, concurrente præsertim alia releuantissimà obseruatione, quod à mense Maij vsque ad illum Decembris Medici abstinuerunt à quocunque medicamento, vndè cum repentina sanitas tribui non possit eorum virtuti, nulla alia causa excogitari potest, quàm superior. Solius enim diuinæ potentiæ est, vt eodem momento, quo quis sanatur, tollat grabatum suum, & ambulet, prout in casu Paralytici *Matth.* 9. Ideòque etiam in morbis reuersiuis sæpiùs Sacra Rota approbauit Miracula absque eo quod disceptauerit de perseuerantia sanationis, prout in morbis colicæ, nephritidis, ophtalmiæ, hydropis, qui numerantur à Zacchia *in quæst. Medicoleg. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 15, *num.* 20. inter morbos, qui reuersionem faciunt, non aliâ prorsùs ratione, quàm instantaneitate sanationis, ex qua Dei manus apertè dignoscitur.

11 Cæterùm prudenter Postulatores expectarunt tempus vnius anni cum dimidio ad constructionem Processus, vt de liberatione à causa morbifica pleniùs inspiceretur. Quælibet enim epilepsia, vt iam superius diximus, vel est per consensum, vel per essentiam; si per consensum, experimento cuiuslibet cibi, & potus noxij in vnico tantùm mense recrudescere debebat, producuntur enim huiusmodi insultus vt plurimùm à causis externis, & qualitate victus, & potus, & vtriusque nimia ingurgitatione, Zacchias *quæst. Medicoleg. tom.* 2. *lib.* 10. *consil.* 59. *nu.* 7., Bonetus *in Thesaur. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 29. *in princ.* Sennertus *tom.* 3. *pract. lib.* 1. *part.* 2. *cap.* 31. *pag.* 155. *col.* 1. *verb. Differentia.* Quamobrem mandauit Gelasius *in cap. Nuper Foropopulensis* 7. *quæst.* 2. hoc experimentum menstruum fieri de Præsule Foropopulensi in quolibet vsu carnium, cum dictus Præsul de hoc morbo diffamaretur.

12 Si autem sit essentialis, experimentum annale sat est ostendendam perfectam sanitatem, quia huiusmodi epilepsia statis temporibus iuxtà circuitus Lunares, solstitia, & æquinoctia solet exasperari. Quamobrem Nicolaus *in cap. communiter dist.* 33. præscripsit, vt qui per annum ab insultibus epilepticis immunis durauerit, ministerijs Altaris debeat restitui.

13 Hisce duobus experimentis etiam sigillatim sumptis sufficiens argumentum haberi ad decernendum de Miraculo ex eo deducitur, quia sufficientissima reputata sunt à dictis duobus Pontificibus, vt Ministri Altaris à sacrificando exclusi, iterùm recipiantur ad confectionem sacri mysterij; vnusquisque autem satis per se intelligit, quantâ cautelâ opus sit, vt euitetur scandalum, quod oriretur, si Sacerdos subitâ correptus

reptus epilepsiâ cum Calice consecrato in Altari corrueret, prout notatur *in cap. Tuis literis 7. quæst. 2.* ibi = *Indecens enim est, & periculosum, vt in Consecratione Eucharistiæ morbo victus epileptico cadat* = . Simile certè scandalum notari non potest, si sanatus de proximo reincideret in eundem morbum, vt patet de Sancta Petronilla, quæ à S. Petro sanata fuit ad effectum, vt discumbentibus ministraret; ità post Panuinium *in Relat. S. Bonauenturæ part. 2. art. 6.* Castellan. *de Canonizat. Sanctorum quæst. 6. §. Quæro an sit contra rationem Miraculi,* Molphes. *consil. 46. num. 58.* tenuit Rota *in relat. S. Francisci de Paula*, quos citat, & sequitur Contilorus *de Canonizat. Sanctorum cap. 17. num. 24.* Verùm, quod etiam in præcisis terminis approbationis Miraculorum annua præseruatio à symptomatibus epilepticis sit sufficiens, notauit Bordonus *de Mirac. meditat. 7. quæst. 13. num. 37.* ibi = *Difficile est scire, an quis dicatur liberatus ab hoc malo, quià continuè non durat, sed interpolatis temporibus venit, & recedit; quarè si quis inuocato Sanctorum auxilio per annum integrum non caderet, cum anteà sæpiùs singulis annis cecidisset, dici potest miraculosè liberatus, quia tale temporis spatium videtur excedere tempus huius morbi, ac proindè diuina virtute cessasse.*

14 Crescit robur argumenti, quia dicta experimenta diuisim à laudatis Pontificibus præcipiuntur; in nostro autem themate simultaneè adducuntur. Siquidèm constat ex Actis, Sororem Virginiam immediatè ad sanationem communi victu, & præsertim vino cæpisse vti, & sic per integrum annum cum dimidio continuasse cum perfecta semper sanitate in eorum vsu, quin aliquod præiudicium passa fuerit, vel ex vsu carnium, aliorumque ciborum noxiorum. Rectè enim aduertit Zacchias *tom. 2. quæstion. Medicoleg. lib. 1. consil. 59. num. 7.*, quod hi, qui frequenti, & forti epilepsia molestantur, ex quauis etiam leuiori causa, & præsertim errore in victu, & vehementi passione animi, ex odoribus in morbum relabuntur. Dari fortasse poterit casus, Epilepticum confirmatum præseruarum fuisse à recidiua per annum, & vltrà, sed adhibita singulari dieta, & cautione à cibis insalubribus, & præsertim vino; nunquam verò assignabile erit, quod qui epilepsia forti, & essentiali affecti fuerunt, mensam communem, & vinum quotidianum adhibentes per annum cum dimidio perseuerauerint immunes à recidiua. Ex qua obseruatione satis liquet, quanta intercedat differentia inter mixtam hanc experientiam, & simplicem volitam in citatis Canonibus ad reincidentiæ periculum excludendum.

15 Accedit pro tertio experimento perfectæ sanitatis, nostram Monialem post liberationem à postremo paroxysmo omnia munia Monasterij etiamsi laboriosa, & excitatiua inueterati morbi reassumpsisse, prout sunt illa culinæ, atque abstersionis linteaminum, & in illorum exercitio perseuerasse per totum annum cum dimidio. Sanè si aliquod seminium in organis cerebri obseratum remansisset, impossibile erat, quod iterùm in epilepsiam non relaberetur. Ille enim dicitur perfectè sanatus, qui ità pristinum statum recuperauit, vt in omnibus, quæ priùs operabatur, sine incommodo se exercere valeat per *Text. in leg. Quod ità sanatum ff. de ædil. edict.*, quem Textum illustrat Zacchias *tom. 1. quæstion. Medicoleg. lib. 2. tit. 2. quæst. 15.*; Primò enim ait *sub num. 1.*, Iurisconsultum prouidere voluisse emptori de redhibitione ab improbo venditore, qui Iumentum, vel Seruum minùs sanum tradidisset: deindè quæstionem mouet, an pro conualescenti Seruo, vel Iumento redhibitio debeatur, & *sub num. 10.* resoluit pro affirmatiua, quia ad pristinum statum adhùc minimè remearunt. Cum ergo in no-

nostro themate Soror Virginia non solùm post symptoma die sexta Decembris conualuerit, sed officia perfectè sanæ, & quidèm laboriosissima reassumpserit, & sine vllo incommodo præcedentis morbi continuauerit, concludentissimè patet, perfectè sanatam fuisse.

16 Sed ad tollendam quamcumque hæsitationem de perfecta sanitate, satis est, quod dictis experimentis acquieuerint periti Medici, & nostram Sanctimonialem perfectè sanam iudicauerint. Eorum enim iudicio standum esse, tenet Contilorus *de Canon. Sanctor. cap. 18. num. 12. Rota in Relat. S. Thomæ de Villanoua tit. Resuscitatio, & in Relat. S. Caroli Borromæi Mir. 15. vers. Secundò quia, & Mir. 16. vers. tertiò iudicio eorum*, & passim in alijs. In nostra hypothesi ità testatur Bernardinus Stella Medicus Ordinarius Monasterij S. Bernardini *pag. 50. §. 344. = Debbiamo crederlo Miracolo, mà conuiene aspettare non solo il moto della Luna, mà specialmente il Solstizio Iemale, ed Equinozio Vernale; Ora poi essendo passato non solo il detto Solstizio, ed Equinozio, mà il corso di dicidotto mesi, & auendo in questo corso goduto Suor Virginia vna perfetta salute, e total quiete, e chiarezza di mente, anzi impinguata, preso buon colore, ed esilarata, non ostante che abbia beuuto vino, e mangiati i cibi, che dà la Comunità, non hò più dubbio, mà tengo per certo, che sia guarita miracolosamente per l'intercessione della detta Suor Giacinta Marescotti. Pag. 52. §. 355. = Concludo di nuouo, che la sanazione di detta Suor Virginia non siano stati i medicamenti somministratili, mà l'intercessione della Gloriosa Serua di Dio Suor Giacinta Marescotti. Mi confermo esser miracolosamente guarita, perche in tutto il tempo, che io esercito la mia professione, che sono anni venti, e più con auer medicati molti di questo male, mai veruno ne hò veduto risanare. Et §. 360. = Conferma ancora questo mio giudizio la sanità perfetta ricuperata da essa Suor Virginia, & il non esser seguita in dicidotto mesi alcuna recidiua, dal che si deduce, che non è restata alcuna reliquia del detto male. Et pag. 53. §. 376. = Hò detto, che la detta Suor Virginia da quel tempo in quà non hà patito più alcuno accidente, ò segno d'esso, ancorche subito seguita la sanazione, tornasse à beuer vino, e mangiar tutto ciò, che le porge la Comunità.*

17 Dominicus de Antiseris Medicus *pag. 56. §. 392. = Hò riferito la perfetta sanità della suddetta Sanata, che poi non hà più patito alcun minimo accidente per lo spazio di dicidotto mesi, onde mi confermo nel mio voto, che detta sanazione sia stata sopranaturale, perchè il male aurebbe fatto tregua, e nel trascorso di tanto tempo aurebbe dimostrato qualche segno. Mà riflettendo alla sanità della medesima continuata per tanto tempo, giudico, e confermo, che restasse in quell'istante sradicata qualsiuoglia praua qualità, tanto più ch'ella ritornò subito all'vso del vino, & al viuer comune senz'alcuna regolà, e à tutti gl'offizj di Conuersa nella Cucina intorno al fuoco, & all'acqua.*

18 Ioannes Baptista Marcucoius Medicus *pag. 59. §. 432. = Da quel tempo in quà non hà mai più patito alcun minimo tocco d'accidente, anzi hò veduto, che gode vna sanità perfettissima, esercitando tutti gli offizij faticosi del Monastero. Pag. 60. §. 434. = Tanto più mi confermo in vedere, che dopo tanto tempo passato dal dì della di lei liberazione non hà patito alcun minimo tocco, ò segno di epilepsia, onde non può dubitarsi che la medesima restò totalmente sanata* per appositionem manus Seruæ Dei.

19 Ioseph Banconus Chirurgus *pag. 61. §. 452. = Dal detto vltimo sintoma succeduto il dì 6. di Decembre 1709. la nominata Suor Virginia non hà patito mai alcuno accidente di epilepsia, benche minimo, e leggiero anzi per quanto hò visto, e vedo, mentre pratico nel Monastero, sò, che gode vna*

per-

perfetta sanità, ed esercita tutti gli offizij faticosi del Monastero, con praticare la vita comune con l'altre Religiose senza alcuno regolamento, e perciò si reputa communemente, e senza alcun dubbio la sanazione per miracolosa.

20 In hanc quoque sententiam transit bon: mem: Paulus Manfredus in sua Consultatione *pag. 65. & seq.*, sed præ cæteris attendi debet Votum D. Lancisij *pag. 36. à vers. Ad probationem vsque in fin.*; Consentiunt itaque sex Medici iurati super perfecta sanitate Sororis Virginiæ, quando Sacra Congregatio vnius, aut alterius Medici iudicio contenta esse solet.

21 Reducendo ad calculum superiùs dicta, perfecta sanitas resultat primò ex experimentis deductis ex Iure Canonum, nempè præseruationis à quolibet symptomate per decem, & octo menses, quo toto tempore Soror Virginia cibis salubribus, atque insalubribus promiscuè vsa est: Secundò ex operibus, quæ fiunt à perfectè sanis, & quæ in nostro casu cum essent laboriosissima, incompatibilia reddebantur cum reliquijs morbi, si quæ in partibus organicis perseuerassent, cum impossibile sit, quod iterùm in suos effectus non erumperent: Tertiò ex Medicorum sententia, tàm eorum, qui curæ dictæ Virginiæ præfuerunt, quàm aliorum, qui pro veritate in hac Causa scripserunt. Sed his præferri debet declaratio facta per Ven. Hiacyntham in apparitione, dum apposita manu super caput Ægræ dixit = *Col nome di Dio voi siete guarita, Io son Suor Giacinta* = Quorum verborum virtus, capitisque attactus tanti valoris fuit, vt statim qualibet causa venefica penitùs euanuerit; & Soror Virginia eodem momento libera euasit à reliquijs morbi, necnon à dolore, quo ex remedijs adhibitis adhuc affligi debebat, & opera perfectè sanæ sine mora exhibuit. Quando enim per malam hypothesim primum, vel alterum experimentum, vel etiam tertium minùs sufficiens haberetur ad ferendam sententiam de miraculosa sanatione, vix dubitari posse credimus de quarto, multoque minùs, si omnia simùl expendantur.

De præseruatione continuata Sororis Virginiæ à symptomatibus epilepticis ab anno 1711. vsque ad tempus nuperrimè compilati Processus de mense Maij præsentis anni 1717.

22 PRæter argumenta munita auctoritatibus sex Peritorum de sanatione miraculosa Sororis Virginiæ ab epilepsia confirmata medijs experimentis factis per menses 18. hoc est à die sexta Decembris anni 1709. vsque ad mensem Maij anni 1711. altera demonstratio resultat ex continuata præseruatione eiusdem Sororis à qualibet etiam specie vmbratilis insultus ab anno 1711. vsque ad mensem Maij præsentis anni

ni 1717. ficuti pleniſſimè deponunt ſex Teſtes in hoc nuperrimo Proceſſu examinati, Siquidèm eadem Soror Virginia ſanata, *Summ. Addit. num. primo*, fitmitèr aſſerit, ab anno 1711. vſque ad diem replicati examinis accidentibus epilepticis nunquam vexatam fuiſſe: Teſtatur quoque toto hoc tempore nulla propinaſſe remedia ad cauendam morbi reincidentiam, vinum ſemper bibiſſe, & in eſu ciborum æquè noxios, ac ſalubres adhibuiſſe, officia Monaſterij à Superioriſſa ſibi commiſſa, videlicèt Piſtricis, Popinariæ, ac Cellariæ exercuiſſe. Aliæ Moniales, ac duo Medici ordinarij Monaſterij adamuſſim conueniunt in earundem circumſtantiarum verificatione.

23 Rebus ita ex Actis in aperto poſitis, & ducto calculo à die ſexta Decembris anni 1709. quo Soror Virginia liberata fuit ab vltimo paroxyſmo, vſque ad menſem Maij præſentis anni 1717. computantur anni ſeptem cum dimidio perfectæ ſanitatis. Pro releuantia tàm diutinæ præſeruationis ad effectum decernendi de Miraculo duę ponuntur concluſiones; Prima, ſi exempli gratia poſt annos quatuor [iuxtà Miraculum approbatum in cauſa S. Andreæ Corſini, de quo infrà] contigiſſet, Sororem Virginiam iterùm epilepſia vexari, talis epilepſia dicenda eſſet nouus morbus, & non præcedentium Reliquiarum recidiua. Secunda, præſeruatio ſeptennalis cum dimidio, quæ reſultat ex duobus Proceſſibus anni 1711., & 1717. habenda eſt pro ſufficienti tempore ad ferendam ſententiam de Miraculo.

24 Prima concluſio probatur, ex ponderatis per Zacchiam *in q. Medicoleg. to. 1. lib. 1. tit. 4. q. 7. n. 10.* firmat enim probatur nunquàm habere locum recidiuam, vbi *accedere poteſt noua cauſa, nàm morbus, & recidiua habent vnam, & eandem cauſam, cum recidiua fiat ex reliquijs præcedentis morbi* Hyppocrates *Aph. lib. 2. aphor. 12., & 2. de Morb. vulg. ſect. 3.* Auicenna 2. 4. *tract. 1. cap. 95.*, & ex Iuris conſultis Ripa *in tract. de Peſt. partic. 2. part. vlt. num. 140.*; Ex quo principio infert non ſufficere ad recidiuam aliquem relabi in eandem ægritudinem, & *num. 30.* ſic ratiocinatur=*Pone virum ex febre ardente laborantem ob id quod plurimum, & ſuprà conſuetudinem ſe exercuerit, quem finge ſeptima per ſanguinis hæmorrogiam ex naribus criticè fuiſſe ſanatum, & omni ex parte conualuiſſe, deindè calidorum ciborum vſu, & meri potu paucis interiectis diebus in eandem febrem ardentem recidat, hæc quidem non erit prioris recidiua, ſed erit omninò nouus morbus, licèt idem ſpecie ſit; diuerſam enim habet cauſam, & ex noua humorum bilioſorum, vel bilioſi ſanguinis aggregatione procreatus erit, nam cauſam prioris morbi ceſſaſſe probat critica illa euacuatio, ac perfecta ſanatio, Nouam verò cauſam irrepſiſſe, errata in victu probare poſſunt, neque enim dubium eſt, ex eis nouam fuiſſe bilem in corpore aggregatam, quæ vel ob multitudinem, vel ob diſpoſitionem putreſcens in venis, vaſiſque magnis cordi proximis, nouam accenderit febrem.*

25 In noſtro themate, vt procedamus cum hac doctrina, duo ſunt probanda, vnum, nouam cauſam ſuperuenire potuiſſe; Alterum, veterem ceſſaſſe. Nouæ cauſæ occaſionem præſtare potuerunt tum officia per eandem Virginiam miniſtrata, quæ cum fieri non poſſent ſine ſumma corporis agitatione, apta erant excitare prauos humores in corpore, eoſque ad organa cerebri tranſmittere; tùm præcipuè errata in cibo, & potu, ex quo in vtriſque præter cæteras Moniales etiam Conuerſas genio nimis indulgeret. Ita ipſamet Sanata loquitur §. 5. & 6. *Hò eſercitato ſino à queſto tempo gli offizj, che mi ſono ſtati commeſſi dalla Madre Superiora, e queſti offizj conſiſtono nell'auer fatto da Fornara, da Cuciniera, e preſentemente da Cantiniera, nel quale offizio alle volte ſono ſolita*

beuere qualche volta di più di quello, che sarei solita di beuere, se non aueßi quest'offizio. Gli detti offizj à me come sopra commeßi ne'suoi tempi gli hò sempre esercitati senz'alcuna intermißione. V. Testis Medicus ordinarius §.27. *Io suppongo, che la suddetta Suor Virginia essendo vissuta in commune, e mangiato alla tauola commune, abbia mangiato anche ogni sorte di cibo, e in specie le Conuerse, le quali mangiano ogni cosa senza verun riguardo, tanto più che da me non l'è stata prescritta regola alcuna di viuere, nè proibita alcuna sorte di cibo, auendo anche la medesima osseruato le Vigilie, e Quadragesime, e se dentro detto Monastero v'è alcuna Conuersa, che viua disordinatamente nel cibarsi, detta Suor Virginia è di quelle, auendola io alle volte veduta mangiare.*

26 Præcedentis causæ cessatio etsi probari nequeat per aliquam crysim, aut euacuationem, prout euenit, quando morbus naturaliter recedit, quoniam detraheret Miraculo, sicut aduertit idem Zacchias *tom. primo quæstion. Medicoleg. lib.4.tit.1.quæst.8. num. 12.* probatâ tamen remanet primò ex instantaneitate liberationis à reliquijs internis morbi, & externis causatis à remedijs, & quidem cum morbus esset in maximo augumento. Secundò ex quo ab anno 1711. nullis vsa est remedijs præseruatiuis à prioribus accidentibus, prout ipsa deponit §. 2. *Io mai per conseruarmi sana, e libera da detto male mi son seruita d'alcun rimedio.* V. Testis Medicus ordinarius §. 25. *Da detto tempo da me sopra menzionato la detta Suor Virginia non solamente hà pigliato verun medicamento per il suddetto male, ma nè meno io come Medico ordinario gliel'hò ordinato.*

27 Tertiò ex indicijs. Duo notanda sunt cum Zacchia *in citat. quæst.7. pagina* 105. videlicèt status sanati, & tempus intermedium inter vnum, & alium morbum. Circa primum de statu sanati inter alia inditia releuat, quod si sanorum munia obire non possit, subsequens morbus recidiua prioris dici debet; econtrà si sustineat, posterior morbus ex præcedenti causa non deriuabitur. Hoc inditium optimè applicatur præsenti casui, comparato statu præcedenti cum subsequenti. Ante sanationem diebus intermedijs, quibus à morbo vacabat, inutilis reddita erat munijs Monasterij, *Summario Magn. pag.* 18. §. 24. eadem sanata: *Vedendomi in questo stato, ero tutta afflitta, perche mi riconosceuo inabile al seruizio del Monastero, e quello, che mi affliggeua, era, che tutte le Superiore, ed altre Monache non mi faceuano far niente, nè mi comandauano, nè meno mi voleuano fidar canestra, ò altra minima cosa* = Post sanationem miraculosam, vt suprà notauimus, robustiora officia Monialium inseruientium, nempè Culinæ, Panificæ, ac Cellariæ absque vllo incommodo salutis semper exercuit. Vlteriùs in dictis diebus etiam vacationis à morbo antè sanationem abstinebat à vino, & à quibuslibet cibis noxijs cauebat, *dicto Summario Magn. pag.* 21. §. 50. = *Prima che io guarissi, subito che il mio male fù canonizato per morbo epilettico, fui priuata del Vino, e per lo spazio di sette mesi, e più continui beuei l'acqua, e faceua vna vita assai moderata, e regolata, astenendomi da molti cibi, quali si giudicauano dannosi alla mia infermità* = Econtrà obtenta sanitate per intercessionem Ven. Seruæ Dei, largè vino indulsit, & indulget, vt ipsamet fassa est in examine, nullam distinctionem habuit in delectu ciborum, & tamen perfectè valet, & viget, vndè si in his circumstantijs morbus reuersionem fecisset, non recidiua nuncupanda esset, sed noua epilepsia.

28 Grauius indicium deducitur ex tempore intermedio inter vnum, & alium morbum, vt idem Zacchias *in citat. quæst.7. num.* 21. si enim tempus

pus

pus sit breue, suspicio non leuis, imò certissima habetur, si cætera consentiant, vltimum morbum esse prioris recidiuam; si verò magna intercapedo temporis intercesserit, de cessatione præcedentis causæ non videtur ambigendum. Protractio temporis breuior, aut longior proportionata intelligi debet diuersis speciebus morborum. In febribus ver. gr. reuersiuis tertianæ, quartanæ, & similium ex Hyppocrate notat Zacchias *dicta quæst.* 7. *num.* 22. vsque ad duodecimum, aut decimumquintum diem recidiuæ periculum imminere. Itaque si præseruatio protrahatur ad mensem eum alijs superiùs citatis circumstantijs, nempè perfectæ recuperationis virium, & exercitij officiorum sani, febris successiuè superueniens non recidiuæ, sed nouo morbo attribuetur. In epilepticis præsertim confirmatis seruata proportione, cum reuersiones de ordinario contingant iuxtà circuitus Lunares in interluuijs, plenilunijs, & quadraturis, quotiès sanatus ab epilepsia præseruatus duret non solùm per duodecim circulares Lunationes ab assuetis insultibus, sed per biennium, triennium, & quadriennium, vt in hypothesi superiùs facta, accidens deindè superueniens, positis superiùs expressis circumstantijs, noua epilepsia dicenda erit, non vetus.

29 A febribus enim reuersiuis ad epilepsiæ symptomata argumentum procedit *per text. in l. qui tertiana ff. de adilit. edict.* vbi Iurisconsultus sub eadem classe reuersiuorum vtrosque morbos adscripsit, ibi= *Qui tertiana, aut quartana febri, aut podagra vexarentur, quiue comitialem morbum haberent, ne quidem his diebus, quibus morbus vacaret, rectè sani dicentur*= Cum Iurisconsulto consentit Zacchias *tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 14. *pag.* 119. *num.* 18. vbi plura ad illustrationem dictæ legis expendit de morbis reuersiuis, & inter cætera repetit, quæ suprà notauimus *ex libro* 1. *tit.* 4. *quæst.* 7. nempè, quod non semper, quando quis de recenti ægrotauit, & paucis interiectis diebus denuò ægrotat, recidiuam contigisse dicendum est, siquidem potest posterior morbus aliam habuisse causam, & sic non prouenisse ex reliquijs præcedentis morbi, in quo casu posterior morbus non est dicendus recidiua prioris. Non diuersimodè sentit Thaddæus *in Commentar. super aphor.* 12. *Hyppocrat.* vbi consideratis diuersis casibus ad effectum distinguendi, quando debeat nouus morbus vocari recidiua, concludit, quod nimis impropriè tale nomen imponeretur, quando, verbi gratia, in corpore sanato à tertiana remaneret epar calefactum, & oppilatum in tantum, quod gigneret nouam coleram, vndè noua febris excitaretur. Quod si tali affectioni coniungeretur error in regimine, clariùs appareret, morbi reuersionem non esse dicendam recidiuam, sed rigorosè denominandam esse generationem alterius ægritudinis, licèt sit homogenea priori ægritudini; cum enim ægritudo tota remouetur, & nihil de causa eius remanserit factura ægritudinem, si per malam dispositionem membri, vel malitiam regiminis iteretur ægritudo prior, non dicetur recidiua, sed alterius ægritudinis generatio.

30 Sed quid opus est longo sermone? In Causa S. Andreæ Corsini Rotæ Auditores approbarunt liberationem à morbo comitiali Elisabethæ de Cenanella, quæ ad præsentiam Reliquiarum dicti Sancti illicò sanata surrexit è lectulo, ET SIC PER ANNOS QVATVOR CVM DIMIDIO VSQVE AD EXAMEN TRANSLATOS PRÆSERVATA FVIT, *Summ. Addit. num.* 3. Et dictum Miraculum inter approbata recensetur à Sacra Congregatione in Relatione facta in Concistorio per clar. mem. Cardinalem Detum. Fingamus post dictam solemnem approbationem Miraculi, præfatam Elisabetham morbo comitiali iterùm cor-

reptam fuisse, nemo nisi temerè auderet dicere, quod approbati Miraculi fulgor denigraretur, & ratio est, quia nouum symptoma nouæ causæ, & nullo modo præcedentis morbi reliquijs tribuendum venit. Neque alitèr ratiocinari licèt, nisi velimus inferre notam Sacræ Congregationi, & Sa.mem. Vrbano VIII., qui dictum Miraculum approbarunt, certissimè enim tenendum est, quod in illius discussione non minor, quàm modo sit, diligentia adhibita fuerit.

31 Subsistente prima hac conclusione, effluit Animaduersio nouissima R.P.D. Promotoris *num.5.& seqq.* desumpta ex Processu præsentis anni 1717., nempè quod dicta Soror Virginia duobus ab hinc annis grauitèr ægrotauerit, Ægritudinem verò processisse ab epilepsia per consensum arguit ex cucurbitulis scarificatis eidem applicatis, vt intercluderentur viæ, per quas aura maligna ad cerebrum fertur iuxtà tradita per Sennertum *tom. 1. Operum lib. 1. par. 2. cap. 31.* Vndè concludit, non verificari assertam præseruationem à morbo comitiali, sed constare de recidiua,

32 Verùm cum de essentia recidiuæ sit, quod nouus morbus procedat ab iisdem causis, & sit eiusdem naturæ iuxtà auctoritates Hyppocratis, Galeni, & Auicennæ, quas citat, & sequitur Zacchias superiùs citatus *num.24.*, & Taddæus *in Commentar. super Aphor.12.Hypp.* superiùs relatus *num.* 28. ignoratur, quomodo dicta requisita verificari possint in morbo, de quo agitur. Si enim expenditur causa, nata est ex inspectione stomachosa vermium ebullientium in capite cuiusdam Pueri, vndè nausea ortum habuit: Si morbus, non alius fuit, quàm vomitus, & ventris solutio cum febri ad biduum continuata, Ità deponit Medicus Ordinarius *præsenti Summ. num.2. §. 9.* = *Sò che patì vn certo male da me supposto di colera, ò vogliam dire, riuolgimento di stomaco, ò scioglimento di corpo, mà da me allora non fù curata &c. Nel giorno però dopo pranzo la visitai ancor io, e per questo giudicai, che fosse tale il male*; Nèc dissentit Medicus Curæ §.12. = *Sò parimente, che detta Suor Virginia due anni sono in circa soggiacque à vna colerica affezione, e questa è vn morbo acuto, nel quale il vomito insieme, e lo scioglimento del corpo affliggono il Paziente.* Et omnes alij Testes examinati in controuerso Processu plenè concordant super 12.Interrog.*præsenti Summario num.2.* Si ergo nec causa, nèc morbus aliquid commune habent cum insultibus epilepticis, nimis impropriè dictus morbus de recidiua insimulatur, maximè cum toto tempore ærumnosarum affectionum nunquam sensus neque inter nos, neque externos amiserit, nullas conuulsiones, ac tremores passa fuerit, non spumam ex ore emiserit, quæ omnia sunt signa dignostica morbi epileptici, Ità dicunt omnes Testes, & præsertim Medicus Curæ §. 14. *In fatti la sudetta Suor Virginia non soggiacque alla sudetta affezione, nè à perdimento di sensi tanto interni, quanto esterni, nè à tremori, nè à spuma di bocca proprj sintomi dell'epilepsia*,

33 Neque recidiua argui potest ex remedijs quamuis violentissimis adhibitis à Medico Curæ; Nàm ipsemet testatur §.13. medicamenta applicata non solùm fuisse proportionata, sed contraria epilepsiæ ibi = *E questo terribil malore toto cœlo distat ab epilepsia, non essendo i sopradetti medicamenti da me ordinati in verun modo proffitteuoli all'insulto epilettico, mà più tosto dannosi*. Imò, dicta remedia perperam adhibuisse Medicum Curæ ingenuè fassus est alter Medicus Ordinarius *d.Summ. num. 2. §. 10.* ibi = *Io però auendo sentito il polso della medesima, e riconosciuto l'aspetto, giudicai, che fosse stato vn forte equiuoco del Medico curante, e la sudetta non auere altro male, che quello, che l'aueua fatto il detto Medico con auerli ap-*

plicati i vessicanti, per i quali conuenne à detta Suor Virginia di trattenersi in letto alcuni giorni.

34 Transeundo ad secundam conclusionem, in ea minor est difficultas, cum casus nouorum accidentium in præsenti themate non euenerit neque immediatè ad quadriennium, neque post septennium cum dimidio. Iustificatur enim ex Actis, vt suprà diximus, Sororem Virginiam valere, ac vigere de præsenti, ac si nunquam passa fuisset controuersam infirmitatem. Quanti enim fieri debeat præseruatio septennalis, & vltrà, monemur ex sententia doctissimi Malpighij, qui in Causa B. Francisci Solani super illius Canonizatione, natâ discordiâ inter Medicos super sanatione Ioannæ de Blancas à morbo cancrenoso, interrogatus de essentia dicti morbi, cum dubias agnosceret veri cancri conditiones, respondit, sat esse ad Miraculum, per septennium Ioannam à recidiua præseruatam fuisse, *Summ. Addit. num. 6.* Sapiens enim Vir tàm longum tempus etiam in morbo dubio sufficiens existimauit pro declaratione Miraculi, cum de cœtero, si verus cancer fuisset, & non dubitasset de illius essentia, tàm longam protractionem probabilitèr non exquisiuisset. Cum ergo in nostra hypothesi ex suprà probatis constet, epilepsiam nostræ Virginiæ fuisse insanabilem, et si tempus septennale non deficiat, sed exuberet, credimus illud non esse necessarium, prout patet ex Miraculo approbato in Causa S. Andreæ Corsini.

35 Duo tamen videntur aduersari huic secundæ quæstioni. Primum, dicet aliquis, quod expectandus sit exitus vitæ ad hoc vt tutè possit pronunciari de Miraculo, ex quo dùm viuit, non cessat periculum reuersionis, quod si contingeret, detraheretur essentiæ Miraculi.

36 Falsitas argumenti resultat ex probatis in prima conclusione, nihilominùs eadem vlteriùs refellitur; Fingamus enim, ex.gr., quod transacto mense, vel anno à sanitate obtenta Soror Virginia ex quolibet alio morbo præter epilepsiam defuncta fuisset, iàm de realitate Miraculi non esset controuersia, quia iuxtà rationem in obiecto expensam periculum reuersionis esset sublatum, & mortem ex alia causa contigisse constaret. At nonne manifestam absurditatem redolet, plus conferre ad sententiam ferendam de Miraculo mortem acceleratam, quàm præseruationem in longum tempus protractam, cum certissimum sit, in corpore humano malificarum causarum variationem præcipuè pendere ex temporis protractione.

37 Exploditur quoque eadem falsitas exemplo sanationis ab epilepsia Viennæ Muscæ, quæ per annos duodecim miserandum in modum dicto morbo diuexata fuerat, & ad intercessionem S. Caietani sanitatem obtinuerat. Miraculum fuit perpriùs approbatum ab Auditoribus Rotæ, & meruit confirmari in Bulla Canonizationis, & quod ad rem nostram spectat, inter Testes examinatos ipsamet Vienna Musca sanata reperitur, *Summ. Addit. num.* 4. §. 1. & 2. Valet enim illatio irrefragabilis, si Sanata deposuit de Miraculo in sua persona obtento, falsum est, expectandum esse exitum vitæ.

38 Res quoque fit manifestior ex præseruationibus miraculosis Corporum Sanctorum à corruptione. Nemo ignorat, inter Miracula passim celebrari huiusmodi præseruationes à Sanctis Patribus. Longus Cathalogus de Corporibus Sanctorum præseruatis prostat apud Raynaudum *tom.* 13. *in Opuscul. Miscell. cap.* 8. *pag.* 55. Plura alia discussa reperiuntur in Relationibus Rotæ, in Diplomatibus Canonizationum, in concessione Officiorum, & consecutiuè approbata inter Miracula, quæ superfluum esset hic adduci. Nusquàm tamèn neque Rotæ Auditores, neque

Pontifices in approbatione dictarum præseruationum cogitarunt de earumdem perennitate, & ne quid tale cogitarent, experientia monebantur, cum plura ex dictis Corporibus pro incorruptis laudata in Diplomatibus Canonizationum, & Diuinis Officijs tandèm post longum cursum sæculorum cesserint communi fato dissolutionis, atque in puluerem, & cineres abierint, quin præcedenti declarationi Miraculi subsecuta deindè corruptio aliquid fulgoris eripuerit. Et ratio esse potest, quia cum corruptio corporum naturaliter euenire soleat intra tres, vel quatuor dies, prout obseruat Zacchias *tom. 1. lib. 4. tit. 1. quæst. 10. n. 28.* quotiès differatur per plures annos, & Corpora remaneat integra, & palpabilia, necesse est præseruari per causam superiorem.

39\. Hæc adeò conspicua sunt, vt non indigeant vlteriori confirmatione; Nihilominùs confirmantur ex praxi Sacræ Congregationis. Nam ponamus in Indulto Beatificationis alicuius Serui Dei rationem habitam fuisse de eiusdem Corporis incorruptione, quoties deindè proceditur ad vlteriora pro solemni Canonizatione, nouis compilatis Processibus de his, quæ superuenerunt, iterum ad nouum examen reassumitur Miraculum incorruptionis; & si ex oculari inspectione Iudicum, Testium, & Peritorum repertum fuerit Corpus adhuc incorruptum, tanquam nouum Miraculum dicta præseruatio approbatur. Ita resultat ex actis in Causa S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis *Summario Addit. num. 5.*, vbi sub die 2. Maij 1626. Sacra Congregatio censuit probatam fuisse Corporis incorruptionem; & in Decreto Canonizationis anni 1668. eadem Sacra Congregatio dixit, constare de quinque Miraculis ex tresdecim allatis, videlicèt de primo, & secundo incorruptionis, & fragrantiæ Corporis. Si enim quæritur causa huius secundæ inquisitionis, alia non suppetit, nisi quia non præsumitur perennitas incorruptionis, neque ea existimatur necessaria ad declarationem Miraculi.

40 Alterum quod aduersari prætenditur, consistit in supposito durare adhuc in vasibus organicis cerebri qualitates productiuas epilepsiæ, vndè argui potest, quod durante causa morbi, morbus dici non possit extinctus, sed ad summum sopitus, & ex quocunque errore facilè renouabilis.

41 Pro solutione obiecti duo distinguendi sunt casus, vel enim epileptici fortibus accidentibus vexati virtute remediorum, & cautela in cibo, & potu, & abstinentia à quocunque actu, & motu inordinato sanantur, & tunc non cessat dubium, dictas qualitates prauas adhuc vigere; ideòque si ita sanatus, etiam ad longum tempus præseruetur, facile est per quemcumque errorem in victu, aut in actione violenta morbum reuersionem facere; & tunc dicta reuersio iuxtà notata per Thaddæum in *Comm. super aph. 12. Hyppocr.* dicetur *recidiua ex malitia regiminis*. Vel epileptici confirmati sanantur absque remedijs, neque cauent ab erroribus in cibo, & potu, & continuò se exercent in laboriosissimis ministerijs, & tunc impossibile prorsùs redditur, durare in partibus organicis prauas qualitates: Et ita est casus noster, in quo Soror Virginia, nullâ adhibitâ cautelâ in victu, largèque vtens vino, & laboriosissimis officijs Monasterij se exercens, per septennium, & vltrà immunis à quolibet accidente perseuerauit, Et hic iterum supplicamus reuocari ad mentem, quod si ante sanationem miraculosam, dum morbus erat in augumento, nec dieta in cibo, nec abstinentia à vino, nec pharmaca à Medicis copiosè ministrata compescere valuerunt violenti morbi paroxysmata, nusquam credi potest tantam factam esse mutationem in dictis qualitatibus, vt momento temporis suam actiuitatem omninò ami-

amiserint, & non gradatim, prout quando natura operatur, euenire solet. In his circumstantijs tenendum est, controuersas qualitates non solùm fuisse sopitas, sed extinctas.

42 Demum vrget dilemma: Vel enim per virtutem supernam omne seminium veneficum generatiuum accidentium sublatum fuit per appositionem manus Ven. Hiacynthæ super caput Sororis Virginiæ, & periculum reuersionis cessat in causa, & in dicta ablatione causæ morbificæ constituitur Miraculum, cum sanitas posteriùs continuata sit opus naturæ absque exigentia causæ superioris: Vel dictum seminium adhuc persistit in vasibus organicis, & Miraculum crescit, quia non sine diuinæ potentiæ manu efficitur, vt cohibeantur illæ qualitates prauæ, quin in suos effectus morbificos erumpant. Adhoc autem exigitur virtus continuata superior refrænatiua dictarum malarum qualitatum, prout argumentatur clar.mem: Cardinalis de Aguir in Theologia S.Anselmi *tom.1. disp.9. sub num. 9.* vbi adducta distinctione inter opera naturæ, & virtutis superioris, duas species Miraculorum expendit, alia scilicèt in simplici productione, alia verò in continuatione. *Exemplum priorum*, ait, *est in ipsa vita restituta defuncto, aut oculo reddito per Miraculum, quo supposito naturaliter durant instar vitæ, aut oculi per naturalem generationem accepti. Exemplum posteriorum est in duplici quantitate penetrata, aut duabus qualitatibus contrarijs in gradu intenso coniunctis. Vnio enim earum non solùm miraculosa est in initio, sed etiam in progressu, seù continuatione, quoniam nullum est instans, in quo vna quantitas naturaliter non exigat expulsionem alterius qualitatis contrariæ in gradu intenso à suo subiecto.*

43 Vt concludamus, ex Actis habetur, Sororem Virginiam affectionibus epilepticis à mense Maij ad mensem Decembris 1709. semper laborasse, atque in peius de die in diem dictis affectionibus fuisse excruciatam. Pariter ex dictis Actis habetur à dicta die sexta Decembris vsque ad mensem Maij proximè præteriti à dictis epilepticis affectionibus semper vacasse. Reddi debet causa, quomodo morbus, qui erat in augumento, illicò cessauerit, & quomodò particulæ illæ rebelles incuneatæ in neruis, vel euanuerint, vel quieuerint. Si recursus fit ad naturam, omnes Philosophi concludunt, morbos non in instanti euanescere, sed declinare gradatim, ideòque in præsenti casu, vt opus naturæ declarari posset, accidentia debebant decrescere in numero, & grauitate, non verò instantaneè cessare absque reuersione per septennium, & vltrà. Si ad medicinam, ex actis habetur, per quatuor menses ante vltimum symptoma, & successiuè à liberatione vsque ad præsens tempus ab omnibus medicamentis abstinuisse, imò in cibis, & in vino continuè errasse; & sic neque arti medicæ, neque viuendi modo adscribenda est controuersa sanitas. Hisce autem causis exclusis sola superior adduci potest, cui tribuatur præseruatio tam in longum protracta, quin opus sit inquirere, an huiusmodi præseruatio futura sit perennis, & durante vita Sanatæ. Pro declaratione enim Miraculi sat est, sanationem euenisse in instanti, & quidem non sola cessatione paroxysmi, sed reliquiarum morbi ab intra, & externorum cruciatuum ab extra, euentusque adeò mirabiles contigisse ad apparitionem, & prædictionem Ven. Hiacynthæ, de cuius realitate, vel in somnijs, vel in vigilia dubitari non licet, quando prædictioni concors euentus respondit.

44 Quoniam verò agebatur de morbo reuersiuo, nonnisi elapsis decem, & octo mensibus compilati sunt Processus, vt interim exploratio fieret diligentissima de abolitione difficillimæ epilepsiæ. Hìc autem supplicamus

mus

mus aduerti, in Sacris Canonibus vnum, aut alterum experimentum diuisim proponi ad declarandum, quis liberatus ab epilepsia admitti possit ad Sacros Ordines; & in Iure Ciuili vnicum pariter experimentum indicari ad decernendum, quis verè dicendus sit sanus. Nos è contrà habemus, cuncta experimenta adhibita simul fuisse in Sorore Virginia, dum expectatus est cursus temporis, necnon facta est exploratio in vsu vini, & ciborum, ac officijs non sine maxima corporis agitatione explendis, vt si fortè mala qualitas sopita in neruis cerebri ad tempus quieuisset, impossibile fuerit, quod tot tentata periculis non exasperata fuisset. Hisce rationibus moti sex peritissimi Medici [quorum iudicio de recessu, aut pertinacia morborum acquiescendum est] non dubitarunt de morbo à radice abolito Sententiam ferre.

45 Ad hæc accessit nouum incrementum probationum ex præseruatione à quolibet etiam leuissimo paroxysmo per septennium, & vltrà, prout docuimus ex actis postremò confectis mense Maio proximè præterito. Quæ autem aduersari videbantur tanti Miraculi firmitati, cum luculentissimè discussa fuerint in duabus suprà propositis conclusionibus, non sunt hìc reassumenda. Vnicè superaddimus, præseruationem Sororis Virginiæ protractam vltrà septennium, quando cætera omnia essent paria, toto triennio excedere illam Elisabethæ Cenanellæ sanatæ ab eodem morbo epilepsiæ ad intercessionem S. Andreæ Corsini. Vndè si dicta sanatio numeratur inter Miracula approbata in Relatione Auditorum Rotæ, necnon in altera facta Cardinali Deto coràm San. Mem. Vrbano VIII. ex æqualitate in Iudicijs maximè Canonizationum necessaria minimè dubitamus idem esse decernendum in præsenti hypothesi.

ThomasMontecatinius Aduoc.

Franciscus Antonius Fidatus.

REVISA

Io:Zuccherinius Subpromotor Fidei.

SUMMARIUM ADDITIONALE.

Num. 1. Sex Testes super continuata sanitate Sororis Virginiæ.

Ad sextum Miraculum.

I. *Testis Soror Virginia Pedante Monialis Conuersa in Monasterio Sancti Bernardini annorum 38. iuxtà septimum fol.63. à ter. Respondit.*

IO sono quella istessa Suor Virginia Pedante Monaca Conuersa nel Venerabil Monastero di San Bernardino, e con tutta verità posso deporre, e depongo, che dal giorno due del mese di Maggio dell' anno mille settecento vndici, nel qual tempo fu fabricato Processo circa la mia sanazione dal mal di Epilepsia, ò mal caduco, riceuuta per intercessione della Serua di Dio Suor Giacinta Marescotti, nel qual Processo io mi esamiuai, fino al presente giorno di questo mio esame, non ho patito accidenti epileptici, ò mal caduco.

§. 1. Eadem sanata deponit, à die compilati prioris Processus de mense Maij anno 1711. vsque ad confectionem posterioris Processus præsentis anni 1717. epilepsia nunquam laborasse.

Iuxtà octauum respondit.

Io mai per conseruarmi sana, e libera da detto male, mi son seruita d'alcun rimedio.

§. 2. Ad sanitatis præseruationem nullis remedijs fuit vsa.

Iuxtà nonum respondit.

Io in tutto questo tempo ho beuuto sempre vino.

§. 3. Vinum semper bibit.

Iuxtà decimum fol.64. respondit.

Io sempre ho mangiato dal detto tempo in quà fino al presente giorno tutti quei cibi, che soglion mangiare le altre Monache del Monastero, quantunque trà detti cibi ve ne fossero di quelli, che potessero esser contrarij al detto male, e che di quelli mi guardassi in tempo, che patiuo il detto male.

§. 4. Communes cibos comedit, licet ex ijs nonnulli epilepsiæ aduersarentur.

Iuxtà vndecimum respondio.

Io dal detto giorno del primo mio esame seguito, come ho detto, del mese di Maggio dell' anno mille settecento vndici, sempre ho esercitato fino à questo tempo quegli offizj, che mi sono stati commessi dalla Madre Superiora, e questi offizj consistono nell' auer fatto da Fornara, da Cucinara, e presentemente da Cantiniera, nel quale offizio *alle volte sono solita beuere qualche volta di più di quello, che sarei solita di beuere, se non auessi quest' offizio. Gli detti offizj à me come* sopra commessi ne' suoi tempi gli ho sempre esercitati senz' alcuna intermissione.

§. 5. Quælibet Monasterij munia, vt fuur Pistricis, ac coquinariæ semper exercuit.

§. 6. Modò cellariam agit, in quo munere solet aliquoties bibere plusquam si dictum munus non exerceret.

II. *Testis Soror Barbara Constantia Lombardi Monialis Professa in Monasterio S. Bernardini annorum 45. iuxtà septimum fol.68. respondit.*

Io conosco Suor Virginia Pedante, la quale è Monaca Conuersa in questo Monastero, e so, che dal giorno, che fu fabbricato il Processo, che fu dell' anno mille settecento vndici, per la proua della miracolosa sanazione riceuuta dalla medesima Suor Virginia ad intercessione della Serua di Dio Suor Giacinta Marescotti, mai la medesima ha patito accidenti epileptici, ò sia mal caduco, che se ne auesse patito, io senza dubbio ò l'auerei

§. 7. Ab anno 1711. vsque ad præsens tempus nullis epilepticis insultibus subiecta fuit.

veduto, ò l'auerei sentito dire, stando, & essendo Monaca nel medesimo Monastero, e vedendola spesse volte il giorno.

Iuxtà octauum respondit.

§. 8. Non solùm remedia præseruatiua non adhibet, sed nec victus curam habet.

La suddetta Suor Virginia non solo non prende alcun rimedio preseruatiuo, ma nè meno si ha cura di sorte alcuna nel mangiare, nè nel beuere, nè in altro.

Et interrogata, an dicta Soror Virginia pro conseruanda sanitate vtatur in aliqua parte sui Corporis aliquo Cautherio, respondit.

§. 9. Pro conseruanda sanitate cauterijs non vtitur.

Io sò, che detta Suor Virginia non ha alcun cauterio in alcuna parte del suo corpo, e tanto questo, quanto le altre cose da me sopra deposte le sò, perchè sono Monaca in detto Monastero, la vedo giornalmente più volte, e respettiuamente lo sò per auerla assistita sempre ne' suoi bisogni, come Infermiera.

Iuxtà nonum respondit.

§. 10. Toto dicto tempore vinum semper bibit.

Dal detto tempo, che fu formato detto Processo fino al presente giorno detta Suor Virginia Pedante ha sempre beuuto il vino, e son testimonio di vista, vedendola beuere à tauola sempre il vino nella forma, che beuono le altre Monache.

Iuxtà decimum respondit.

§. 11. Quoslibet cibos etiam noxios comedit.

Detta Suor Virginia mangia ogni sorte di cibi, anchorchè non siano alcuni de' medesimi salubri, non auendosi in questo alcun riguardo, e lo sò, perchè la vedo à tauola mangiare tutto quello, che mangiano le altre Monache, quando le piaccia.

Iuxtà vndecimum respondit.

§. 12. Omnia munia per Abbatissam eidem commissa fine vlla vnquam intermissione exercuit.

Suor Virginia in detto tempo ha esercitato tutti gli offizj commessili dalla Superiora senza mai interrompere detti esercizj, e presentemente ha l'offizio di Cantiniera, e per l'addietro ha fatto quelli della Cucina, e del Forno, e lo sò, per esser Monaca in detto Monastero, e per auerla veduta fare detti offitij.

III. *Testis Soror Felicita Rosalinda Marianelli Monialis Professa, & Vicaria in Monasterio S. Bernardini annorum 51. iuxtà septimum fol. 73. respondit.*

Io conosco benissimo Suor Virginia Pedante Monaca Conuersa in questo Monastero, quale fu miracolosamente sanata dal male di Epilepsia, ò mal caduco ad intercessione della Serua di Dio Suor Giacinta Marescotti, come apparisce dalle proue fatte nell' anno mille settecento vndici con Processo Apostolico, e da quel tempo fino al presente giorno depongo con ogni verità, che la detta Suor Virginia non ha mai patito di accidenti epileptici, ò mal caduco, e questo lo sò per essere io Monaca in quest' istesso Monastero, per auerla veduta, e vederla continuamente sana, e libera, che se altrimenti fosse, l'auerei saputo, e veduto.

§. 13. Ab anno 1711. vsque ad præsentem diem epilepticos insultus nunquam passa fuit.

Iuxtà octauum respondit.

§. 14. Nulla remedia adhibuit.

Io sò, che detta Suor Virginia mai si è seruita di alcun rimedio dopo di essersi formato detto Processo, per preseruarsi dal detto mal caduco, nè può essere il contrario, perchè altrimente l'auerei saputo per le ragioni addotte nelle risposte à gl' Interrogatorj antecedenti.

Iuxtà nonum respondit.

§. 15. A dicto tempore vsque ad præsens vino semper vsa fuit.

Detta Suor Virginia dal detto anno mille settecento vndici fino al presente giorno ha beuuto sempre vino senz' alcun riguardo, e ciò lo sò per le cause sopraddette.

Iuxtà

Iuxtà decimum respondit.

La medesima Suor Virginia dal detto anno in quà sempre ha mangiato ogni sorte di cibo senza distinzione alcuna, come mangiano le altre Monache, e questo lo sò, perchè mangiamo tutte insieme nel Refettorio.

§.16. A cibis communibus nunquam abstinuit.

Iuxtà vndecimum respondit.

Dall' anno mille settecento vndici fino al presente giorno la detta Suor Virginia ha sempre esercitato senza intermissione alcuna gli offizj commessili dalla madre Superiora, come di Fornara, Cucinara, e presentemente Cantiniera, e tutte queste cose le sò per le raggioni dette di sopra.

§.17. Quibuslibet Monasterij munijs assiduam nouauit operam.

IV. *Testis Soror Metildis Victoria Belloni Monialis Professa, & Abbatissa in Monasterio S. Bernardini annorum 66. iuxtà septimum fol.76. à ter. respondit.*

Io conosco benissimo Suor Virginia Pedante Monaca Conuersa in questo Monastero, e sò, che la medesima dall' anno mille settecento vndici, nel qual tempo fù fabbricato Processo per la proua della miracolosa sanazione ottenuta da detta Suor Virginia dal male di Epilepsia, ò mal caduco, per intercessione della Serua di Dio Suor Giacinta Marescotti, fino al presente giorno non ha patito accidenti epileptici, ò di mal caduco, e questo lo sò per essere io Monaca, e Abbadessa in quest' istesso Monastero, nè può essere in contrario, perchè se fosse, ò l'auerei veduta con detto male, ò almeno l'auerei sentito dire dall' altre Monache del Monastero.

§.18. A die confecti Processus de anno 1711. vsque ad præsentem diem ab accidentibus epilepticis omninò fuit immunis.

Iuxtà octauum respondit.

Sò parimente, che detta Suor Virginia non si è mai seruita di rimedio alcuno, che potesse esser preseruatiuo di detto male dopo detto anno mille settecento vndici, e sò ancora che la medesima non ha nel suo Corpo alcun cauterio, e queste cose le sò per le ragioni da me sopra esposte.

§.19. Nulla sumpsit remedia præseruatiua, nec vllum cauterium adhibuit.

Iuxtà nonum respondit.

La detta Suor Virginia dal detto tempo, che fu formato detto Processo, fino al presente giorno ha beuuto sempre vino senz' alcun riguardo, e questo lo sò per auerlo veduto, e vederlo continuamente.

§.20. Vinum nulla habita cura semper bibit.

Iuxtà decimum respondit.

Io parimente sò, che la medesima Suor Virginia da detto tempo, che fu fabbricato il sopraddetto Processo, fino al presente giorno ha sempre mangiato ogni sorte di cibo nella forma, che mangiano tutte le altre Monache, senz' auere alcun riguardo alla qualità de' medesimi cibi, e tutto ciò lo sò per auerla veduta, e vederla, conforme ho detto di sopra.

§.21. Nullo habito ciborum delectu quoslibet comedit.

Iuxtà vndecimum respondit.

La detta Suor Virginia ogn' anno dopo il suddetto Processo ha sempre esercitato gli offizj impostili dall' altre Superiore passate, e da me, come di Fornara, Cuciniera, e al presente di Cantiniera senz' auer mai intermessi detti offizj in detti tempi.

§.22. Qualibet onera sibi per Abbatissam commissa semper impleuit.

V. *Testis ex officio Bernardinus Stella Medicus annorum 50, iuxta septimum fol.85. à ter. respondit.*

Io sò benissimo, che dell'anno mille settecento vndici fù fabbricato Processo per la proua della miracolosa sanazione dal male di epilepsia, ò mal caduco, riceuuta da Suor Virginia Pedante

§.23. Ab anno 1711. vsque ad præsentem nullis Epilepticis symptomatibus fuit oppressa.

à me benissimo cognita, Monaca Conuersa nel Venerabile Monastero di San Bernardino di Viterbo, per intercessione della Ven. Serua di Dio Suor Giacinta Marescotti, non ha patito mai più simil male dal detto anno finò al presente giorno, e tutto questo lo sò per esserMedico ordinario dell'istesso Monastero, e come tale, se fosse stato diuersamente, l'aurei douuto sapere per esser quasi ogni giorno venuto in detto Monastero.

§. 24. Scientiæ causam reddit, quia est Medicus ordinarius Monasterii.

Iuxtà octauum respondit.

§. 25. Nulla remedia non solùm sumpsit, sed nec etiam Testis, vti Medicus eadem illi præscripsit.

Da detto tempo da me sopra menzionato la detta Suor Virginia non solamente non ha pigliato verun medicamento per il sudd. male, ò specifico rimedio, ma nè meno io come Medico ordinario gliel'hò ordinato.

Iuxtà nonum respondit.

§. 26. Vitam communem semper seruauit, vinum etiam bibens.

Io sò, che la detta Suor Virginia dall'anno mille settecento vndici fino al presente giorno è vissuta con la vita comune, con beuere anche il vino, e ciò lo sò come Medico di detto Monastero, e per la voce anche delle Religiose, che conuiuono insieme.

Iuxtà decimum respondit.

§. 27. Vigilias, & Quadragesimas custodiuit.

§. 28. Sanata præcæteris conuersis vino, ac cibis immoderatiùs vtitur.

Io suppongo, che la suddetta Suor Virginia essendo vissuta in comune, e mangiato alla tauola comune, abbia mangiato anche ogni sorte di cibo, e in specie le Conuerse, le quali mangiano ogni cosa senza verun riguardo, tanto più che da me non l'è stata prescritta regola alcuna di viuere, nè proibita alcuna sorte di cibo, auendo anco la medesima osseruate le vigilie, e Quadragesime, *e se dentro detto Monastero vi è alcuna Conuersa, che viua disordinatamente nel cibarsi, detta Suor Virginia è di quelle, auendola io alle volte veduta mangiare.*

Iuxtà vndecimum respondit.

§. 29. Monasterii munera sine vllo vnquam incommodo exercuit.

Io hò veduto la medesima Suor Virginia esercitare gli Offizj dopo l'anno 1711. fino à questo giorno, cioè di Caneuara, ed altri soliti commettersi dalla Superiora alle Conuerse, quali offizii io non sò, che detta Suor Virginia abbia mai intermessi per alcuna causa d'infermità detta di sopra, cioè di morbo epileptico.

VI. Testis ex officio Ioannes Baptista Marcuccius Medicus annorum 50. Iuxtà septimum fol. 90. respondit.

§. 30. Concordat cum aliis in assignando tempore, quo à morbo epileptico libera remansit Soror Virginia.

§. 31. Causa scientiæ, quia est Medicus Monasterii.

Io conosco Suor Virginia Pedante Monaca Conuersa in questo Monastero di San Bernardino, e sò, che la medesima dall'anno mille settecento vndici, nel qual tempo si formò vn Processo per la proua della miracolosa sanazione riceuuta da detta Suor Virginia ad intercessione della Serua di Dio Suor Giacinta Marescotti, la medesima Suor Virginia fino à questo giorno non ha mai patito alcuno accidente di epilepsia, del qual male fù miracolosamente guarita, e questo lo sò per la pratica, che hò in detto Monastero, come Medico chiamato, e sopra chiamato, e per auerlo sentito dire anche dalle Religiose del medesimo Nonastero.

Iuxtà octàuum respondit.

§. 32. Nullis remediis antepilepticis ad præseruationem ult vsa.

Io sò, che la detta Suor Virginia per conseruarsi la sanità, e per preseruarsi da detto male epileptico, mai dall'anno 1711. fino

à que-

à questo giorno si è seruita de'rimedj antepileptici, e lo sò per le ragioni dette di sopra.

Iuxtà nouum respondit.

Suppongo, che detta Suor Virginia senza dubbio beua il vino, costandomi, che la medesima fà la vita comune, nè io l'hò proibito il contrario, e ciò lo sò per auerlo sentito dire dall'altre Monache di detto Monastero. §. 33. Vinum bibit, & vitam comunem retinet.

Iuxtà decimum respondit.

Io sò, che Suor Virginia mangia tutto quello, che suol dare il Monastero, e che mangiano l'altre Monache, e ciò sò, perche come hò detto nell'antecedente Interrogatorio, la medesima viue con la vita comune, e se fosse il contrario, io lo saprei, perche essa me l'aurebbe detto, ò pure l'aurei sentito dire dall'altre Monache. §.34. Quidquid Monasterium prabet, illa comedit.

Iuxtà vndecimum respondit.

Io credo, che la suddetta Suor Virginia in detto tempo abbia sempre esercitati tutti gli offizj commessili dalla Superiora; conforme sogliono fare tutte l'altre Converse. Num. 35. Omnia munera Monasterii semper exercuit.

I. Testis Soror Virginia Pedante Sanata Monialis Conuersa in Monasterio S. Bernardini Annorum 38. Num. 11.

Iuxtà 12. fol. 64. àt. Respondit.

Dal giorno del detto mio esame fino al presente io non hò auuto alcun male à riserua d'vn termine di febbre, che mi sopraunenne due anni sono in circa, che del mese preciso non me ne ricordo, ma mi pare, che fosse per l'Ottaua del Corpus Domini; e questa febbre mi fù cagionata da vn gran disturbo, ch'ebbi nel vedere vn piccolo Ragazzo condotto alle Crate del Parlatorio il qual Ragazzo aueua la Testa, e Capo piena di Vermi, quale da me veduto, subitamente mi sentii tutta abbandonata, e immediatamente cominciai à vomitare, auendomi quella vista così schifosa trauagliato fuor di modo lo stomaco, e per consiglio di queste Monache me n'andiedi à letto, senza esserci condotta da alcuno, e chiamato il Medico d'ordine mio, e quello venuto, e sentita l'origine di questo mio male ordinò, che mi fosse dato vn brodo con i Tagliolini per fermarmi il vomito, e ciò non ostante continuai tutta la notte con quello stomaco così turbato vomitando spesse volte, e la mattina ritornato il Medico, e conoscendo, che anche mi continuaua la febbre, che il giorno auanti mi aueua trouata, ordinò, che mi fossero attaccati quattro vessicanti, che mi furono attaccati subito, e dopo che fui comunicata, essendo in parte cessato il vomito. Detta febbre mi durò due giorni, senza che mi si rinouasse, e mi sarei alzata da letto, se non fosse stata obbligata à star nel medesimo per altri cinque, ò sei giorni à causa di guarirmi da'detti vessicanti, e di più mi furono posti dopo attaccati i vessicanti due Piccioni à piedi, e poi vn'ora dopo essendo ritornato il Medico, mi fece porre altri due Pollastri, e detta ordinazione fù fatta tutta nell'istesso giorno.

§. 1. Morbus non alius fuit, quàm vomitus cum febri ex inspectione vermium in capite cuiusdã pueri ebullientium excitatus.

§. 2. Non ex morbo, sed ex remediis violẽtis coacta fuit ad plures dies in lecto decumbere.

Et interrogata, an occasione dictæ febris amiserit sensus exrernos vel saltèm internos respondit; Io sempre tanto nel principio, mezzo, e fine di detto male stiedi sempre con tutti i miei senti- §. 3. Durante morbo sensibus externis, & internis numquam destituta fuit.

menti, e cognizione totale, conoscendo benissimo la causa di detto mio male, che non proueniua da altro, se non che dal disturbo cagionatomi dall'auer veduto, come sopra hò detto la testa ò capo di detto Ragazzo piena di vermi, anzi mi marauigliauo, che il Medico mi ordinasse detti Vesicanti, Piccioni, e Pollastri a' piedi, come sopra, maggiormente marauigliandomi in vedere il Confessore, mentre io stauo in tutti i miei sentimenti, e mi riconosceuo non essere in stato pericoloso. Oltre detto male non hò patito altro, se non che qualche flussione di denti, e delle cose da me sopra espresse n'è pubblica voce, e fama non solo in questo Monastero, ma suppongo anche in questa Città.

II. Testis Soror Barbara Constantia Lombardi Monialis Professa in dicto Monasterio S. Bernardini Annorum 45.

Iuxtà 22. fol. 69. Respondit.

Detta Suor Virginia alcune volte hà patito alcune flussioni di denti, e due anni fa, se mal non mi ricordo, ebbe vna febbre, che li durò lo spazio di quarant'ore in circa, quale li sopraunene per vn certo disturbo, ch'ebbe nel vedere vn Ragazzo, quale aueua la testa piena di vermi, lasciatagli così dagli morbiglioni; dopo il disturbo patito per detta vista si portò lei medesima da per se al letto per consiglio dell'altre Monache, vedendola trauagliata da detto disturbo, e vomiti, e chiamatosi il Medico la trouò con la febbre, e trouandola debole di forze con polso basso li fece attaccare quattro vesicanti, e dopo questa operazione li fece porre gli Piccioni à piedi, e poi gli Pollastri, e la febbre non ritornò più, ma bensì li conuenne di stare in letto per alcuni altri giorni à fine di guarire da detti vesicanti, e nel principio, mezzo, e fine di detto male non perdè detta Suor Virginia giammai nè gli sensi interni, nè esterni, anzi sempre staua in proposito, e di sana mente, di modo tale che si marauigliaua, che il Medico li auesse fatta la suddetta ordinazione. Le sopradette cose sono pubbliche in questo Monastero; e credo anche siano note in tutta questa Città di Viterbo.

§. 4. Testis asserit ex eadem causa morbum prouenisse.

§. 5. Sensus externos, sm internos nunquam amisit.

III. Testis Soror Felicita Rosalinda Marianelli Monialis Professa, & Vicaria in d. Monasterio annorum 51.

Iuxtà 12. fol. 74. respondit.

Due anni sono in circa la detta Suor Virginia essendosi abbattuta in vedere nel Parlatorio vn Ragazzo, che aueua la testa piena di vermi lasciatili da' Morbiglioni, si turbò talmente, che li vennero spessi vomiti, e poi anche la febbre, per la quale le furono applicati d'ordine del Medico i vessicanti, e posti agli piedi gli Piccioni, e Pollastri, la qual febbre quant'ore durasse, precisamente io non lo sò, sò bensì, che cessata la prima febbre, non tornò alcun'altra accessione, e con tutto che stesse in letto più giorni, ne furono causa gli detti vessicanti, altrimente si sarebbe leuata ben presto, e in detto tempo di male la detta Suor Virginia non perdè alcun sentimento nè interno, nè esterno, ma sempre parlò con tutta cognizione, e di tutte queste cose n'è pubblica voce, e fama in questo Monastero, e m'imagino, che il simile sia nella maggior parte di questa Città.

§. 6. Tandem morbi causam adducit.

§. 7. Sensibus tum externis, tum internis semper vsa fuit.

IV. Te-

IV. *Testis Admodum Reuerenda Mater Soror Methildis Victoria Belloni Monialis Professa, & Abbatissa in dicto Monasterio S. Bernardini annorum 60.*

Iuxtà 12. fol. 77. à tergo respondit.

Io sò, che detta Suor Virginia alle volte suol patire di flussione agli denti, e mi ricordo, che due anni fa in circa ebbe vna febbre cagionatali da vn disturbo, ch'ebbe nel vedere vn Ragazzo condotto qui al Parlatorio, il quale aueua la testa piena di vermi, e detto disturbo auendoli causati spessi vomiti, e sconuolgimenti di stomaco, la medesima Suor Virginia per consiglio dell'altre Monache si portò senz'aiuto d'alcuna da se stessa al Letto, oue trouata dal Medico con la febbre, con detto sconuolgimento di stomaco il medesimo Medico stimò bene attaccarli quattro vesciganti, e farli porre agli piedi gli Piccioni, e Pollastri, dubitando, che fosse febre capace di malignarsi, dalla quale febbre dopo lo spatio di quarant'ore in circa ne restò totalmente libera, ancorchè fosse obbligata trattenersi a letto alcuni altri giorni per guarirsi da detti vessicanti, la detta Suor Virginia in tutto il tempo di detto male non perdè mai i sentimenti nè interni, nè esterni, e stette con tutta la cognizione di modo tale che auendola fatta confessare, e comunicare, essa medesima molto si marauigliaua, conoscendosi di non essere in stato simile di douer morire, e di tutte queste cose n'è publica voce, e fama in questo Monastero, e suppongo anche, che possa esser tale anche in questa Città di Viterbo.

§. 8. Concordat cum dictis Testibus circa morbi causam, ac sensuum totalem vigorem.

V. *Testis Bernardinus Stella Medicus Physicus annorum 50.*

Iuxtà 12. fol. 86. à t. in fin. respondit.

Due anni sono in circa detta Suor Virginia sò, che patì vn certo male da me supposto di colera, ò vogliam dire riuolgimento di stomaco, ò scioglimento di Corpo, ma da me allora non fù curata, perche non mi trouarono la matina quando fù assalita dal detto male, ma bensì fù curata dal secondo Medico. Nel giorno però dopo il pranzo la visitai ancor io, e per questo giudicai, che fosse tale il male, per il quale seppi, che l' erano stati attaccati per ordine del suddetto secondo Medico curante, che fù il Signor Marcucci, li vessicanti, e che li fosse ordinata la confessione, e Comunione, nè io ricercai altro dalla Patiente, non essendo questa mia cura. Io però auendo sentito il polso della medesima, e riconosciuto l' aspetto, giudicai, che fosse stato vn forte equiuoco del Medico curante, e la suddetta non auere altro male, che quello, che l'auea fatto il detto Medico con auerli applicati i vessicanti, per i quali conuenne a detta Suor Virginia di trattenersi in letto per alcuni giorni. Per altro la medesima in detti giorni non fù cruciata da sintomi maligni non auendo auuto alcun segno indicatiuo di detti mali, auendola ritrouata sana di testa, di mente chiara, con carne senza esentemi, ò petecchie, e delle cose sopradette n'è publica voce, e fama in questo Monastero, e suppongo anche, che possa essere vscita questa voce anche per Viterbo.

§. 9. Morbus procreatus fuit ex stomachi reuolutione.

§. 10. Medicus ordinarius Monasterij improbat remedia adhibita à Medico Curæ, vti nimis violenta præter necessitatem.

§. 11. Ob dicta remedia violenta coacta fuit in lecto longius commorari.

VI. *Testis Ioannes Baptista Marcuccius Medicus Physicus annorum 50.*

Iuxtà 12. fol. 91. respondit.

Sò

§.12.
Asserit Medicus Curæ, morbum non ex alia causa deriuasse, quàm ex colerica affectione.

Sò parimente, che detta Suor Virginia due anni sono in circa soggiacque ad vna colerica affezione, e questa è vn morbo acuto, nel quale il vomito insieme, e lo scioglimeto del Corpo affiggono il Paziente con le parti estreme fredde, con polsò frequente, celere, e debole, e attesta Celso, che in questo malore l'anima manca, per il che essendo io stato chiamato in specie per parte della medesima, e scorgendo il male essere orrendo, e il pericolo nella dimora, mi preualsi immediatamente di corroboranti, e alisifarmaci, e cordiali, come la Triaca, il Giacinto, l'Oglio del Mattiolo, ed altri di simil sorte, e sibendoli ancora qualche rimedio antisterico, a cui le Donzelle sono molto soggette sul fondamento d'Ippocrate che dice = *Morbi Mulierum vel ex vtero, vel ab vtero* = e perchè vidi la liquazione dè fieri tanto per os superius, quanto per os inferius, e indotto nel sangue lo stagnamento, le feci applicare i vessicanti, e da questi rimedj si rese tosto ben sana, e questo terribil malore toto cęlo distat ab epilepsia, non essendo i sopradetti medicamenti da me ordinati in verun modo profitteuoli all' insulto epiletico, ma più tosto dannosi, e in fatti la suddetta Suor Virginia non soggiacque nella suddetta affezione nè a perdimento di sensi tanto interni, quanto esterni, nè a tremori, nè a spuma di bocca, propj sintomi dell'epilepsia, e le cose da me sopra enunciate sono publiche, e notorie, e n'è pubblica voce, e fama.

§.13.
Morbus, quo vexata fuit Soror Virginia, toto cęlo fuit diuersus ab epilepsia, sicut, & adhibita remedia.

§.14.
Symptomatibus epilepsiæ naturalibus non fuit oppressa.

Num.3.

Ex Relatione S. Andreæ Corsini apud Lezanam tom. 4. cons. ptimo pag.33.num.271.

Septimum Miraculum contigit in persona Elisabethę de Cenanella infirmæ febri continua, & morbo comitiali, quo cadebat per quatuor vices in qualibet die cum omni asperitate, cumque hæc mala portasset per triginta menses nullo adhibito remedio ob sui paupertatem, quadam die audiens, quod in domum vicinam debebant portari Reliquiæ Beati Andreæ pro quadam Puella infirma, rogauit, vt posteà etiam ad ipsam portarentur, & interim toto corde orauit ad Beatum Andream, vt dignaretur pro ea impetrare à Deo sanitatem, & portatæ fuerunt Reliquiæ ad orantem, & positæ super lectulo, super quo iacebat infirma, quæ statim remansit libera à febri, & morbo comitiali, & sanata surrexit, & sic per annos quatuor cum dimidio, vsque ad examen translatos conseruata fuit. Factum sic vt suprà narratum est, deponunt IPSAMET ELIZABETHA 65. Testis, Dominicus quondam Thomæ eius Maritus 92. Testis, Magdalena Nicolai 67. Testis omnes de visu, & præsentia iuxtà 12. Factum probatur ex prædicto numero Testium, Miraculum ex instantanea liberatione à longo morbo præsertim Comitiali, & hoc absque vllo remedio humano, intercęssione Beati, & illius inuocatione, & admotione Reliquiarum.

Lapsus quatuor annorum absque reincidentia fuit habitus sufficiens ad ferendam sententiam de Miraculo.

Ex Relatione Cardinalis Deti ad Vrbanum VIII. apud Bollandum tom.2. Ianuar. die 30. pag.1077.

Elisabetha Petri de Cenanella Florentina febri assidua, & comitiali morbo miserè vexata spatio triginta mensium, destituta ob paupertatem Medicorum, ac medicamentorum subsidio, pręsentiorem medicinam reperit in beati Antistitis ope, cuius cate-

Prædictum Miraculum vt supra approbatum à Rota, dignoscitur iterùm approbatum in Relatione facta per Cardinalem Detum coram Summo Pontifice.

tenam summa fiducia, ac Religione contingens, ex vtroque morbo repente conualuit.

Ex Relatione S.Caietani Thienæi.

OCTAVVM MIRACVLVM.

Liberatio à morbo Comitiali. Num.4.

Vienna Musca Vicentina Comitiali morbo per annos duodecim miserandum in modum diuexata est, itaùt viginti quatuor horarum spatio ex eo caderet, singulisque vicibus per binas, ternasue horas,& quandoque diutiùs prostrata conflictaretur. Venit ad eam quadam die Religiosus quidam ex Ordine Theatinorum Vicentiæ commorans,qui cum illam non mediocriter ex prædicto morbo afflictam reperisset, obtulit ei Imaginem B. Caietani exhortans, vt se sancto huic Seruo Dei commendaret. Vouit illa se quotidiè, postquam è lectulo surrexisset, antequã aliud quidpiam aggrederetur, Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam coram eiusdem Imagine recitaturam. Cumque votum hoc emitteret, semel iam ea die ex morbo ceciderat, mirandum dictu, votum illicò secuta est salus, atque à tàm atroci morbo libera mulier permansit. Accidit, vt post duos Menses quadam die votum illa per obliuionem non persolueret, adfuit sine mora negligentiæ corrector morbus,quo, vt antè votum consueuerat, correpta est; illa tam insigni monitione emendata statìm vt à primo morbi processu deferbuit, voto satisfecit, iterumque à morbo remansit libera, donec post quatuor menses rursus voti oblita, idem persoluere neglexit, statimque præfatus morbus eam inuasit, sub cuius initium filia eius, quæ tunc aderat, Orationem Dominicam, salutationemque Angelicam coram Caietani Imagine piè pro Matre recitauit, illamque, vt potuit, Beato commendauit, statimque ad sanitatem Mulier rediјt abrupta vlteriore afflictionis duratione, deindè ipsamet voto suo sine dilatione satisfecit, neque vnquam posteà illius est oblita, & iugiter à morbo permansit libera, in qua solida firmaque sanitate perdurauit.

Concordant in hoc facto quatuor Testes, IPSAMET VIENNA super art.18. in Proc. Vicent. fol.169. Angela filia dictę Viennæ Testis 3.fol. 177. Marcus Antonius eiusdem Viennæ filius Testis 5.fol.184. & P.Petrus Campana Clericus Regularis Testis 9.fol.234.

De prædicta liberatione deponit ipsamet sanata, vndè arguitur, timorem reincidentiæ non commensurari cum vitæ curriculo.

Quod sanatio sit adscribenda Miraculo, persuadet, & euincit diuturna duodecim annorum infirmitas,senectus mulieris,morbi curatio ex Hypp. sect. 2. aph. 42. vbi quod impossibile est fortem suprà morbum soluere Comment. ad Rasim lib.9. c. 9. Paulus Ægineta lib.3. c. 18. vbi quod nunquam, aut rarò sanatur; concurrit recidiua, ex quo votum non impleuerat, ægritudo, & rem ponit ob oculos instantanea liberatio semel,& bis post emissum,& adimpletum votum obtenta ex citatis in Quarto Miraculo.

Ex Bulla,seù Literis Decretalibus Canonizationis eiusdem S.Caietani Thienęi.

Duo-

Prædictum Miraculum à Rota præceptum reperitur approbatum etiam in Bulla.

Duodecim annos comitiali morbo laborauerat Vienna Musca Vicentina ea quidem vi, vt viginti quatuor horarum spatio, vel ter miserabiliter caderet, & miserabiliùs binas, ternasque horas singulis vicibus sensibus destituta iaceret. Vouit Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam antè Imaginem Beati se quotidiè recitaturam; votum excepit illicò salus; at die quadam post duos Menses oblita votum persoluere, redijt illicò morbus, sed iterùm facessit, cum amplius memoria non exciderit, datam fidem liberare.

Num.5.

Ex Summario Additionali super Miraculis in Causa Canonizationis B. Catharinæ à Bononia pag.309.

Florentina die 2. Maij 1626.

Decretum super approbatione Miraculorum suauis odoris, & incorruptionis corporis B. Mariæ Magdalenæ de Pazzis.

Quo verò ad Miracula post mortem in primis Sacra Congregetio censuit probatum esse, quod Corpus dictæ Ancillæ spiraret suauem odorem, & tempore examinis Testium esset incorruptum.

Quod verò à genibus, & cruribus eiusdem Ancillæ Dei scaturiret oleum &c. Vndè Sacra Congregatio, si Sanctissimo placuerit, censuit posse deueniri ad Beatificationem, & Canonizationem prædictæ Sororis Mariæ Magdalenæ de Pazzis, & extendi Decretum solitum &c.

FLORENTINA.

Canonizationis Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis.

Decretum Canonizationis eiusdem S. Mariæ Magdalenæ, in quo inter cætera Miracula reperiuntur iterum probata Incorruptionis, & fragantiæ eiusdē Corporis.

Quamuis in Causa Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis reperiretur editum iam Decretum die 2. Maij 1626. posse deueniri ad solemnem eiusdem Canonizationem, tamen compilatis Processibus &c. Sacræ Congregationi &c. visum fuit constare de quinque Miraculis ex tredecim allatis &c. videlicèt de Primo, & Secundo Continuationis Incorruptionis, & Fragrantię Corporis Beatæ &c.

Num.6.

Ex Memoriali super Miraculis in Causa B. Francisci Solani impresso anno 1710.

Particula desumpta ex Iudicio Anonymi, scilicet Malpighij, super Miraculo Sanationis à Cancro Ioannæ de Blancas.

Sanata à morbo cancrenoso per septennium præseruatur à reincidentia, ex qua præseruatione tam longa Miraculi releuantiam arguit Malpighius.

Quello, che v' è di singolare, e fuori del consueto è, che non sia ritornato il tumore, almeno manifestato in altre parti per lo spazio di sette anni, nè quali soprauisse sana.

Di più nell'estrazione di simili tumori suole scaturire, nel leuarsi il follicolo, copia di sangue corrotto, cosa, che non accadendo nel caso nostro, la rende mirabile.

REVISA.

Ioannes Zuccherinius Subpromotor Fidei.

Jo. Zuccherinus

[illegible]